

Ms. 5. 100



St. n. 301.



EX ELECTORALI BIBLIO-
THECA SERENISS. VTRIVSQ;
BAVARIAE DUCVM.



Ex Bibliotheca Sereniss.^{mae}
Viriusq; Bavarix Ducum.
1618.

Ms. Lat. 310.



In hoc uolumine continentur infra scripte orationes et

EPISTOLAE.

Demosthenis oratoris disertissimi oratio contra philippum Regem Macedonum. A Leonardo archiepiscopo greco in latinum conuersa.

Eiusdem Demosthenis Oratio secunda contra eundem philippum regem Macedonum.

Demosthenis eiusdem de pace seruanda ad Senatum & populum Atheniensium.

Eiusdem oratio contra Philippum Regem macedonum.

Eiusdem Oratio pro Diopyto.

Eschinus oratio contra Theophrontem.

Demosthenis oratio pro theophronte in eschinem.

Eschinis epistola ad senatum & populum athenese.

Philippi regis macedonum ad eundem senatum epistola.

LEONARDI ARRETINI PREFATIO IN ORATIONES DEMOSTHENIS AD NICOLA MEDICUM

NOD SIT OPTIMUM ac probatissimum dicendi genus: ut solum o nichola mihi uideatur & argute discernere & incorrupte iudicare posse: qui longa opera ex quilitaq; disciplina instructi omnis eius artis uires uirtutesq; intelligunt. Virtutes aut illius complurime sunt

et singule pondus maximum difficultatunq; habent: quas omnes in unum coire necessarium est: ex quo fit ut per raros quidem disertos: neminem uero adhuc ut antonius inquit uiderimus eloquentem.

Nam et afferre quid dicas oportet quod est cum ceteris nihil commune: et id ipsum quod attuleris rude quodammodo prius atq; informe: artificio quodam adhibito excolendum diligenter & informandum est. Atq; ita in omni parte uelutandum tractandumq; ut uarietas quedam et copia & amplitudo resultet. Dictione preterea rebus ipsi que tractantur accommodanda est: ut magis sublimiter indigna concitate: exiguam presse mediocres temperate prosequamur. Verba uero ipsa inter se quod moliter componenda et coagmentanda sunt: eorumque continuatio: & quasi textura omnis aurium sensui qui unus in nobis delicatissimus et superbissimus est: moderanda. Ut neque aspectum quicquam insit neque hi

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

ulcum ne ue curtitudo numerositatem non imple-
at: ne ue longitudo supra numerū trahat. Adhi-
benda preterea sunt uerboꝝ sententiaꝝ qꝫ ornamē-
ta illa mirabilia quibꝫ quasi lummibus quibusdā
stellis qꝫ illustrata preclara & actiuosa & quodāmo-
uibrans reddatur oratio. Hec iam instrumenta
eloquentiē propria sunt. Hec faciendum hōiēm
ab infante distinguunt. Et enim afferre qđ dicas
etiam minuti quidam et angusti possunt. At ua-
rie distinguere copiose tractare: proqꝫ reꝝ natura
uel amplitudine quadam attollere: uel si opus sit
presse, sumisqꝫ dicere: auribusqꝫ moderari et
quasi sanguinem quendam et motum uel que dix-
eris adhibere: id erit proprium eloquentis. Qua-
lia uero hęc sint & quibꝫ rationibus efficiantur:
qui probe non tenent: uel quid ea inre uel recte
sentire uel constituere incorrupte possint nō egdeꝫ
uideo. Nam proprii quidem ingenii censuram
& opinionem ex nobis profectam aberrare fre-
quenter prolabi qꝫ contingit. Ars uō dux certissi-
ma est quam qui sectantur nunqꝫ aberrant. Qui
uō absqꝫ ea duce suo ipi ingenio fidunt stolide-
arrogantes & ridiculi tandem reperiunt. Et eniꝫ
cum tam multe sint partes & quasi membra dice-
di quot supra ostendimus ac singulorꝫ multiplex
accurataqꝫ preceptio: atqꝫ alia rebus alia uerbis: in
que duo tota huius artis ratio diuisa est adhibean-
tur qui rationem horꝫ precepta qꝫ ignorat uelut

intenebris ambulet: necessarium est uacillans in
 singulis atq; offendens: nec tam certo ductu q̄ for-
 tuitu gradient. At mihi ingenium ē natura acre
 dicet quispiam inēnoscere ex se ipō istoz singula
 & iudicare ualens. An magis queso q̄ demostheni
 fuit. Ille profecto ista acritate: quam tu te tibi ad
 esse putas aliquanto etiam ut pace tua dixerim
 maiori preditus capillum detondere solebat: ut eo
 dehonestamento quod est apud grecos p̄maximū
 ex eundi domo facultate precepta studio sedulitate
 prestare: & hęc ipa que dico precepta ex alchida-
 mantis isocratis q; scriptis artibus meditari diutius
 cogretur. Nec aliter putauit summus ille ingenio
 uir: quid optimum perfectissimūq; indicendo scri-
 bendoq; foret intelligē posse q̄ si misera prope dili-
 gentia curaq; peruigili illoz preceptis imbueretur.
Tū ūō nihil horū meditatul ista te discernere putas:
Vide ne falsa tui opinione inflatus sis. & quia diffi-
 cultatem nō cernis facilia tibi illa arbitreris. Mihi
 quidem periculum ēē uidetur ne nō modo ī istis
 minutionibvs sed ne toto ingenere ab erres. Fieri
 enim nō potest ut rectum dicendi genus teneat q̄
 nō rectum discernit. Ex quo fit ut qui suo ductu fe-
 runtur: eos in ridicula quedam incidere uideam.
Vt p̄ Ciceronis tempora ū quos uocabant atticos sur-
 rexere genus dicendi aridum exileq; probantes.
Et nostra profecto etate quidam falsa item opinione-
 ducti: inani quodam enervatoq; dicendi genere &

in culcata uboz congerie delectant: uacui ornatu
rebus ieruni. Qui q̄ longe a probabili recta q̄ dicēdi
figura absint: si non aliunde intelligunt: ex demo
stratis auctoritate poterunt intueri. Nisi forte & hūc
ip̄m carpunt illi quidem atq̄ despiciunt: quem athe
ne ut poeta inquit admire sunt torrentem & ple
nimoderantem frena theatri. Quem cicero ip̄e tanti
facit atq̄ ita supra modum hunc unum intuet: ut ne
optandam quidem adūs immortalibus maiore elo
quentiam asseueret ac p̄fectum plane completum q̄
oratore omnīq̄ ḡnē laudis cumulatiſsimū fateatū.
At qui in hoc summo p̄fectoq̄ indicendo homine: quē
athene ciuitas omnium eloquentissima / doctissimaq̄
admīrabantur: quem poeta torrentem appellare nō
dubitat: cui frena populi tanq̄ uoluntatum affectio
numiq̄ dominatori concedit. In hoc inq̄ homine cu
ius dicendi scribendi q̄ genus probatissimum estima
tur grauitas quedam neruosa non inanitas uerbosa.
melle apparet. Nihil enim maculatum in illo reperi
as: nihil fluxum / nihil inane: nihil calamistris in
tortum: nihil deinq̄ nō uirile. Opulentia uerū orna
tus tanta pollet: ut quotiens libuerit multa emi le
matis signisq̄ refariat: uerum inſutatur non ad ina
nem pompam: sed ad ueram magnificentiam. Sen
tentiay lumina ita crebro adhibet: nullus ut locus
abeo tractari sine hoc ḡnē exornationis deprendatū.
Sed p̄ma ac p̄cipua illi reꝝ cura: nihil ut sapientia
& consilio uacet. Sentias cum diu cogitasse: que affe

rat rationes omnium statim subiciens pedetentim i
 giadiens ac sepe se colligens & insistens: nihil post
 se relinquens quod officere queat acer & uehement.
 & concitatus. cum tempus flagitat. Rursum ipse i
 dem cum res possit subtilis & pressus. Sed ate poti
 o nichola sermo redeat cuius gratia institutus est.

Nam isti ut audio se moueri dedignantur. Si optimuz
 ergo probatissimumq; dicendi genus no nisi ab eru
 ditissimis in hac arte discernitur: eruditissimi aut
 omnes uno consensu demosthenem pretulere: hunc ti
 bi precipue spectandum imitandumq; assimes.

Vtilissima quidem imitatio est: sed non nisi pfectoz
 et us prodest maxime qui iam ante preceptis im
 buti: quid agat ille quib; q; uerfetur in locis: et q
 ratione quicq; pficere aggrediatur intelligunt.

Tibi quidem institutionis preceptoz q; abunde est.

Quis enim plus ope q; tu huic arti impendit. Tractatio
 modo quedam inter desideratur adquam unam re
 ualere plurimum imitationem existimant. Hec ab
 optimo quodam sumenda est: optimus aut demo
 sthenes. Quid enim ei uiro deesse putem? de quo ci
 cero adbrutum scribens inquit uidet illum multa
 perficere: nos multa conari. illum posse nos uelle quo
 cunq; modo causa postulat dicere: Et alio loco nihil
 acute inueniri potuit in iis causis quas scripsit: nihil
 ut ita dicam subdole: nihil uersute qd ille non in
 derit. Nihil subtiliter dici nihil presse nihil enucle
 ate quod fieri possit aliquid humanus. Nihil contra

grande nihil incitatum nihil ornatum ut uerborū
grauitate ut sententiarū quo quicq̄ eet elatius. Hūc
igitur o nichola si cōmodo tuo consulere uis nunq̄ tu
quidem ponet e mambus. Quod ut facere queas ora
tionibus quibusdam eius amē hactenus in latinum
uersis alias in super adiunxi & in hoc uolumine per
scriptas ad te mittere constitui quaz̄ una est iudicialis
in causa thesiphontis. Eschinis quoq̄ accusationem &
philippi regis epistolam annexi: que ad dilucidati
onem illaz̄ pertinere uidebantur. Et q̄a grecam hi
storiam nō p̄ inde tibi notam existimaui argumenta
singularū orōnum prescripsi quo nihil in earū cogniti
one desiderare posses.

ARGUMENTVM. IN PRIMA PHI
LIPPICARVM. DEMOSTHENIS.

P Remultis zc. Bellum erat atheniensi populo
adūsus philippum macedonie regem: quod ita
gerebatur: ut aliquanto superior philippus haberetur
nec tantū adeo magnitudine uirum quantū uigilā
tia quadam & industria reū gerendaz̄. Soci uero fa
utoresq̄ utrisq̄ permulti sed precipui cum philippo
thessali & olynthii: erat aut̄ olynthioz̄ ciuitas ma
gna quidem p̄ id tempus & in primis potens. Hi abi
nitio belli propter urbem potideam atheniensibz̄ in
fensi: quam ab illis possessam ueluti suam repetebant
in societatem coierant philippi: quo ad tandē potide
am ui et armis domitam atheniensibz̄ abstulere. Po
stra suspectum habentes philippum propt̄ immodica

opes inexplabilemque animi cupiditatem deserta illi
 societate pacem cum atheniensibus ipse ipse receperit
 quod perfectus eis licere minime uidebatur. Sic enim
 ab initio coierant uti bellum simul inferrent. et si
 aliud uideret communi consensu dissoluerent. Ob
 eam igitur rem commotus rex dissimulata ab initio ira
 ubi tempus adesse uisum repente cum exercitu olym-
 thios inuasit. Illi athenas legatione missa / auxiliū
 aduersus uim hostium precabantur. Consultabatur
 ergo acuitate quid ea foret in re potissime faciendū.
 Astringens uero demosthenes opem ferendam olynthiis:
 nec prebitam sibi occasionem tam oportune societatis
 negligendam censet: multisque rationibus id ipsum
 suadet.

ARGUMENTVM IN SECVNDAM ORONEM.

In multis et Superiori contione olynthiorum
 postulata susceperant athenienses: & opem ferendam
 illis decreto publico constituerant. Tardantibus uero
 postmodum ac metu torpentibus: quod philippum &
 magnitudine uirum & prosperitate fortunę mira-
 bilitate fretum insuperabilem estimabant nec auxi-
 lia mittebantur: nec quicquam fiebat quod prius decreuis-
 sent. Itaque proxima contione demosthenes fractas
 populi mentes erigere: demptoque metu in spem auollē-
 contendit ostendēs philippi res non esse amplas ut ui-
 dentur / sed infirmas porro ac facile contemnendas.
 Nam et sociis infidis uti atque suspectis & proprii regni
 potentiam esse infirmam porro atque imbecillam multi

q̄. incōmodis iam pridem afflictam. Fortune q̄ illius fortunam ciuitatis eē longe potiorem. modoq̄ diſaſ fecerunt uti uelint: neq̄ per deſidiam et ignauā perire tempora patiantur. Orationem ſtatim a proemio indeoꝝ beniuolentiam / ſelicitatemq̄ conūtit: uiam ſibi occulte preparans ad ea que paulo poſt de fortuna erat diſputaturus.

ARGVMENTVM INTERTIAM.

NE quaſ eadem et c̄. Miſerant copie^s athenienſes q̄ Nolythiſ aduerſus philippum opem ferrent. Hecum hoſtem p̄mo aduentu deteciſſent: nuntii athenaſ delati ſumma letitia mentes hominum affecere. Vocatur ergo incontionem populul quali plane uictō atq̄ triumphans. Ibi ferociſſimus quiſq̄ aſurgens iactantia uerboꝝ importune abutitur. Ut iam quenā pene a philippo exigende forent aguaretur. At enim orator grauiſ & prudens exultantiam hanc nimiam geſtuentem q̄ letitiam diſcutit: ad metum cogitationē q̄ ſui populum reuocant & quaſi nihil actum ſit ad ad proſecutionem belli cohortatur increpans p̄p̄tū mirabili licentia ex maiorum comparationē.

ARGVMENTVM IN ORATIONE DE PACE SERUANDA.

Video athenienſes & c̄. Oratio iſta que de ſeruanda pace inſcribitur: euidens omnino flagitat argumentum. Neq̄ enim p̄ſe nota eē poteſt niſi ſtatū ip̄eꝝ reꝝ auditoribus innotefcat. Durante aduerſus philippum bello / & uariis inclinationeſ: inceſſu ſuſcipiente:

aliud rursus in greca bellum exarsit thebanos in se
 atq; focenses. Cum igitur longo afflicti bello thebani
 ad athenienses tandem confugituri uiderentur: ne
 hoc euernat ne ue he due ciuitates in unum conrent
 atheniensibus pacem thebanis auxilium philippus pol
 licetur. Quo quidem facto utranq; distraxit ciuita
 tem: nam & athenienses pacem oblatam receperunt:
 & thebam illius pollicitationibus confirmati in athe
 nienses despiciere desierunt. Post pacem uo secure
 iam profectus rex focensium gentem funditus cuer
 tit: quo beneficio thebanos sibi obnoxios fecit. Athe
 nienses uo id regis factum pergrauiter ferebant: a
 stute & dolo ab rege deceptos intuentes. Neq; enim
 tam quiescente pacem rex uidebatur q̄ uires ad futurū
 bellum p̄ speciem pacis comparare uoluisse: cuncta
 focensium gente amica populi atheniensis: & theba
 nis in societatem ob recens beneficium sibi coniunctis.

Collegium erat quoddam in delphis antiquarū grecarū
 ciuitatum qui amphictiones dicebantur. focenses in
 eo collegio locum hactenus habuerant. Nunc uero
 illis euerfis philippus in eorū sese locum cooptari po
 stulabat. Et concesserant id regi ceteri college quorū
 cooptandi erat auctoritas. Athenienses igitur perle
 gatol hoc ab rege postulati concedendum an resistan
 dum eēt consultabant. Erat uo necesse aut assenti
 ri ceteris amphictionibus cooptantibus philippum
 aut dissentiendo illorū iudicia offendere. Cum igit
 pleriq; id negandum philippo suaderent: nec ullo mō

permitterendum ut barbarus homo ac grecay ciuita-
tum euerfor in eorū ipōr quos euertisset locum re-
cipiatur: demosthenes ueritus ne ex refragatione
communem belli causam in se concitarent pacem
suandam monet: nec eo pretextu maliuolis occasi-
onem belli prestandam censet.

A R G V M E N T V M
IN ORATIONEM PRO DYOPHITE.

PAR quidem fuerat et c. Hęc oīo longe posteri-
dicta est q̄ superior de pace seruandea. argumē-
tum uero eius tale est. Pax erat atheniensibus cū
philippo: nec tuta uō neq; sincera. Miserant uero A-
themenſes colonos sorte delectos in chironessum tra-
cie locum: dyophite illis duce p̄fecto. Cum in che-
ronessum peruenissent coloni ceteris ciuitatibus
illos recipientibus sola cardianorū ciuitas restitit.
E amq; ob rem cum a dyophite lacesseretur bello con-
uocato philippi auxilio sese aduersus nim tutabatur.
At dyophites id philippi factum non ferens maritimā
tracie oram que regi suberat depopulatus est. Philip-
pus ergo per eptām atheniensib; missam de dyophi-
te querebatur: & pacem sibi ruptam clamitabat: se-
q; ultimum cōmatus est. Ea de causa contione ad-
uocata de litteris ad populum refertur. Dicebantur
grauissime in dyophitem sententię & ab iis maxē
qui philippo fauebant. Demosthenes dyophitem de-
fendit: iam pridem a philippo fractam pacem ostē-
dens ac pericula monstrans ad tuitionē sui populi

5
cohortatur. Utile docens athenensi populo si dyo-
phytis copię in eo loco permaneant parate cū opus
fuerit nec ob calumniam falso metam dissoluant.

ARGVMENTVM IN ORATIONE M.
ESCHINIS CONTRA CTESIPHONTĒ.

Collapsa pluribus locis athenarū menia cū refice-
re populus decreuisset decem uiri ad id opus de-
lecti fuere. Hos oportebat diligentiam solum opam
q̄ prestare. nam sumptus quidem ad eam rem ex pu-
blico pendebantur. Eorū unus cum eēt demosthenes
non quemadmodum ceteri nudam prestare operam cō-
tenuit pecunias insuper proprias in id opus impendit:
easq̄ largitus rei p. condonauit. Laudata est igitur
eius liberalitas a senatu: & corona illi aurea ob hono-
rem decreta. decernendi uō auctor suarq̄ fuit cte-
siphon loosthenis filius. vnus ex senatu atheniensi. Is
enim sua censuit sententia demosthenem ob uirtutē
grandiaq̄ in rem p. merita eē corona aurea coronan-
dum tempore quidem indyonisius magnis. Loco autē
in theatro conuentu uō in omnium grecorū celebritate
publiceq̄ de ea re preconium fieri. Erat igitur maxi-
mus & vndiq̄ cumulatus honor, qui demosthe-
ni tribuebatur. Itaq̄ inuidos obiectatoresq̄ in eum
erexit: Quorū princeps eschines atromiti filius clar⁹
ea tempestate orator, ac diuersarū in re pu. partium
quo hunc demosthenis honorem impediret cthesi-
phonti die dicta magno sui periculo in iudicium tra-
xit quod is contra leges illa decreuisset. Erat enī Lex

athenis: ut qui decernendi aliquot contra leges auctor fuisset: is pena afficeretur. Hoc iudicium apud grecos paranomon uocatur: apud nos autem nihil tale neq; lex neq; iudicium reperitur. Accusat ergo ctesiphontem elchinef. Capita uero accusationis tria: primum qd leges eum qui publice aliquid administrasset: neq; dum rationem administratorum reddidisset: coronari uetarent. Demosthenem uero publice administrationem nadum: cum reficiendis muris prefectus fuit: nec rationem ullam reddidisse. Alterum qd in theatro coronandum censuerit: cum leges in ipsa curia si senatus: in contione uero si populus decernerent: nec alibi faciendam coronationem & preconium statuant. Tertium qd leges uentis falsas causas publicis ascribi decreuit. Hic autem propter uirtutem et merita in rem. p. coronandum esse demosthenem scripserit: falso uidelicet: cum neq; uirtus uillo sit neq; meritum ullum in rem. p. sed contra uitiositas et clades: cum fuerit causa malorum omnium que ad eam diem athenienses prelio uicti succubuerant philippo.

¶ Quis q; subinde dilationibus: post aliquot annos causa tandem iudicata est alexandro iam in asiam peras q; profecto. Quo intempore tanti concursus ex grecia uniuersa ad hos oratores audiendos facti dicuntur: ut uix publica loca & theatra multitudinem caperent.

¶ Iudicium certe famosissimum fuit omnium que unquam memorentur: propter summam contentionem summam q; oratorum auctoritatem.

ARGVMENTVM IN ORATIONE M DEMOSTHENIS PRO CTHE SIPHONTE .

Non accusabatur Demosthenes ab eschine sed eius fama & honor in periculum uocabantur et hoc ab inimico quod acerbissimum erat . Itaq; defensione suscepta non secus ac pro suo capite pro cthesiphonte dimicauit . Respondendi aut non idem ordo fuit qui fuerit accusandi . Eschine enim a legibus incohauit contra quam coronam & preconium decessisse reum arguebat . Hec enim pars illi ualidissima erat . Postea demosthenis facta uitamq; discussit . Eodemq; censet ordine responderi debere . At enim demosthenes astuto consilio a rebus quas in rem . p . gesserat primo incepit . perque cum se satis probasset & aduersariuz calumniatorem et improbum ostendisset : ad leges et accusationem diluendam perrexit . hanc partem cum breuiter subdoleq; expedisset : rursus ad res gestas suas reuersus usq; ad finem prosecutus est . Ita quasi imagine robustissimis militum partim a fronte partiz a tergo collocatis imbecillioem turbam in medio clausit . perorata demum causa / cum in sententiam uertur non quinta pars iudicum damnauit . Quãobrem eschines ipse accusator / talione multatus in exilium actus est ;

DEMOSTHENIS ORATORIS DISERTIS-
SIMI ORATIO PRIMA CONTRA PHILIP-
PVM. LEONARDVS ARRETINVS EGRE-
CO. TRADVXIT.

P



REMVLTI O VIRI ATHENI-
enses pecuniis suscipere-
tis: ut arbitror si
decebul nunc propositis quid factu sit
optimum discernatur. Quando igitur
hoc ita se habet: decet uos attente audire
uelle eos qui consilium afferunt. Non modo enim
si quid utile meditatus ueniat quis: id audientes
caperetis: sed et fortuna quadam uestra fieri puto
ut multa interdum utilia quibusdam ex tempore su-
perueniat dicere: quo ex cunctis perfacilis uobis
fiat utilitatis deprehensio: Hoc igitur tempus ui-
ri athenienses quodammodo clamat uocem damni-
feram: res illas auobis esse capescendas si de propria
salute curam ullam habeatis. Vos autem nescio quomodo
habere uidemini erga illas. Est autem
consilium meum iam decernenda esse auxilia: et si-
ne mora comparanda: ut illuc opem feratis: ne id
uobis eueniat: quod superiori tempore. Legationes
uero mittendam: que ista denuntiet ac presens inter-
sit: Nam uerendum quidem est maxime: ne astutus
ac sagax in rebus agendis philippus partim cedendo
ubi opus sit: partim inuitando dignus fide ipse ui-
deatur: uosque & uestram carpendo absentiam: aliquid
de summa re uertat atque diuellat. Quamquam uiri

athemenses quod robustissimum est in rebus philippi
 id et nobis est optimum. Nam unum eē illum ex
 cuius arbitrio res dependet: ducem simul & dominū
 & questorem & ubiq; presentem. expeditiones urgēt
 ad celeritatem quidem belli perficiendiq; tempora &
 multum admodum nobis antecellit. Sed ad concili
 andum sibi olynthios quod ille facere cupit. contra
 se habet: palam est enim olynthiis non de gloria ne
 q; de agri parte: sed de euerfione & seruitute patrię
 hoc eē certamen. Nouerunt q; in amphypolitanos
 ciues qui sibi urbem dederunt exempla ostenderit:
 que in pidneos qui illum susceperunt. Atq; ut ego
 arbitror: suspecta protinus res tyrannus est populis
 finitimam presertim si possidet regionem. Hec igitū
 intuentes uiri athemenses: & alia ut decet omnia co
 gitantes debetis & assurgere animis & ad bellum in
 cumbere: si unq; alias nunc maxime pecunias confe
 rentes ac uos ipsi militantes: nihilq; omittentes. Nul
 la enim iam nec ratio nec excusatio uobis superest: q̄
 minus ista facere uelitis. Nam quod diditare cunc
 ti solebatis oportere olynthios infestos reddere phi
 lippo id nunc sine ulla opa uestra sponte sua eē factuz.
 atq; eo modo factum: qui uobis maxime conducit.

E t enim si uestro impulsu illi bellum suscepissent inco
 stantes socij & ad tempus forsan duraturi forent. Cū
 uero ex suis se infensionib; oderint: perpetuam rati
 onabile eē inimicitiam pro quib; formidant ac passi
 st apud illos permanere. Non ergo pretermittendū

No

est o uiri athenienses huiusmodi tempus neq̄ cōmittē-
dum ut uobis eueniat quod dudum sepe euenit. Si
enim cum auxilium tulimus in euboiam: & aderant
amphipolitani hierax et stätocles iubentes eo proficisci
et amphipolim capere eandem pronobis ipsis q̄ pro
euboicis curam adhibuissēmus. inuestral tunc manus
ueniss; amphipolis & cunctis post hac molestijs libe-
rati cēmus. Rursus uō cum pydna cum potydea cum
methona cum pelage cum cetera deniq̄ ne longior fiaz
obsideri nuntiabantur: si tunc auxilium ut res postu-
labat tulissēmus: minus grauem minusq̄ potentem
hostem haberemus philippum. Sed nos presentia sem-
per abiētes tempora futura uō sperantes sponte
sua se directura: auximus ipi philippum ac tantum
illum effecimus: quantus nemo unq̄ rex macedonie
fuit. Nunc aliud tempus hoc ciuitati se offert non
minus cōmodum q̄ illa supiora. Ac mihi quidem ui-
detur o uiri athenienses si quis iustus supputator eē
uelit beneficiōz nobis aduē collatorz & si multis nō
ita se habentibus ut expedit. tamen per magnā illis
gratiam habiturus. Nam multa amisissē in bello no-
stre profecto negligentē quis ascribat. Sed non diu eē
perpessos offerriq̄ nobis societatem si uti uoluerimus
que emendare ista possit diuinę beniuolentię munus
uidetur computandum. At credo perinde se res ha-
bet ut in pecuniaro questu. Siquis enim que acquesi-
erit omnia conseruet magnas fortune gratias habet
sin pinariam pdidit. Simul et fortune oblit⁹ gratia

illi habere defisit. Sic in rebus agendis qui tem-
 poribus non recte utuntur: ne siquid boni quideꝛ
 a diis contingit recordantur. Ad extremum enim
 euentum antecedentia cuncta penduntur. Quare
 uehementer quidem oportet nos in reliquis curam
 diligentiamq; prestare: ut illis emendatis contracta
 prius infamiam deceamus. Quod si hos quoq; hoĩes
 abiecerimus demde ille olynthum subigat. quid
 iam uetabit eum quocunq; uolet proficisci. An nō
 cogitat aliquis uestrum uiri athenienses: & secū ipse
 considerat quemadmodum magnus euasit philip-
 pus cum eēt ab initio imbecillis. Primo ille amphipolim cepit: postea pydnam: rursus potideam in-
 de methonam: post thessaliam inuadit. demde phe-
 ras pegasal magnesiā: cum ut uoluit disposuisset
 transiit in thraciam: ibi aliis pulsis regibus aliis
 stabilitis inualitudinem incidit adūsā a quamox
 liberatus non se motium & pigriniam uertit: sed
 confestim olynthum aggressus est. Preterea illius
 expeditiones in hillirios in pannonios in alybam:
 in multas alias gentes quas cōmemorare quis possit.
 Sed cur ista nobis cōmemoras dicit aliquis: ut in-
 telligatis uiri athenienses uideatisq; utrunq; & ne-
 gligentia in singulis q̄ sit damnosa: & solertiam qua
 semp uiuit uiuitq; philippus qui nunq; content⁹
 iis que ante fecerit conuiescit. Quod si ille ut ma-
 nus semp aliquid efficiat meditabitur. Vos autem
 nulla in re de resistendo fortiter cogitetis quo expec-

illius
 panony

tamus tandem hec euasura. Per deos quisq̄ ne uestrū
usq̄ adeo rudis est: ut nō intelligat bellum illinc
ad nos demum eē uenturum: si nunc negligemus.
At qui hoc si accidat uiri athenienses uereor egdez
ne uelut hi qui magnam sub usuris pecuniam sum-
pserunt paruo ob illam p̄mum abundantēs tēpore
mox & que ante possidebant amittunt: sic et nos
si longius negligemus: cunctaq; ad uoluptatē referē-
mus: ingratiū multa & anxia ad extremum in-
cidamus. Sed hęc reprehendere dicit quispiam
facile est et cuiusuis. At ostendere quid agendū
sit: id eē consultoris. Equidem non ignoro uiri a-
thenienses solere uos per sepe non us quos pence
est culpa: sed us qui postremo dixerunt uasci:
siquid contra q̄ optatis eueniat. Non tamen fa-
ciendum mihi existimo ut gratia proprie securi-
tatis ab his que cōmoda fore uobis arbitror dice-
dis me retraham. Dico igitur bipartito auxiliū
eē ferendum. Nam & mittendā eē copias que
olynthioꝝ oppida tuteantur & simul naues cum
aliis copiis que philippi regnum inuadant. Hoc
si alterutrum pretermittatis uereor ne irritus
uobis fiat conatus. Siue enim uobis illius regnū
populantibus tolleret ip̄e & olynthum capiat fa-
cile in regnum rediens sua tutabitur. Siue ad o-
lynthum modo auxilium ferentibus: nullū im-
minere domi periculum sentiens illic assideat
& inuambat tempore ip̄o superabit obseffos. Opor-

Comp
A

tet ergo magnum ac bipartitū esse auxilium : Et
 de auxilio quidem ferendo ista sentio . De pecuniis
 uō ad hoc necessariis sunt uōiri athenienses uobis
 pecuniae sunt inq̄ tam multae quante nullis aliis mi-
 litares . Sed uos ita ut uultis illas accipitis . Si igitur
 has militibus restitueris / nullo insup opus erit tributo
 Sin aut / est opus / imo uō totum est contribuendum .
An ergo dicet aliquis tu has militibus decernis : Nequa-
 q̄ eadem : Ego enim censeo militibus pecunias dandas
 & eas esse militares : Et unum eē ordinem capiendi
 atq; agendi . Sed uos istas sine ulla molestia ad festos
 suscipitis dies : Est ergo reliquum / ut omnes tributa
 soluamus / si multis opus sit : multa / sin paucis pauca
 Nam pecuniis opus est / ac sine illis nihil oportune
 fieri potest . Sunt et qui alios uobis dicant modos pe-
 cuniarum parandarum : ex quibus deligite qui comodiō
 uideatur / ac dum tempus est / res contra capessite .
Dignum est etiam intueri athenienses quo in statu nō
 sint philippi res . Neq; enim ut apparent : & dicere
 aliquis non diligenter considerans / optime se habēt
 neq; splendide . Neq; hoc unq̄ bellum ille suscepiss
 si gerendum sibi bellum putauiss . Sed sic ut omnia
 peruadens uno impetu sperant conficere / qua in
 re spes eum fefellit . Hoc igitur p̄mum contra opini-
 onem accidens / eum conturbat : animumq; infringit .
Deinde thessalicae res fuerunt ille quidem omnibus in-
 de semp atq; suspecte : & nunc isti sunt maxime . Nā
 pegafas repetere decreuerunt & magnesium prohibu-

- erunt muro comuniri. Fuerunt etiam quidam neq. ex
portoribus neq. ex foris decetero sibi fructus permissuros.
publica enim thessaloz. his redditibus gubernari oportet
nō philippum accipere. Quod si his spoliatur pecu-
niis per angustum sibi relinquatur unde milites suste-
tare queat. At qui panonium & hyllirni ac om̄s eas
nationes sui potius iuris & liberales eēt uelle q̄ seruos e-
xistmandum est. Sunt enim insuete alicuius parere
imperio: & homo petulans est ut aiunt. Nec id fortas-
se mirum. Nam prosperitas indigna desipiendi causa
est stultis hominibus. Ex quo fit ut sepe uideatur tueri
quesita q̄ ipm̄ querere difficilius. Oportet ergo uiri athe-
mensis illius difficultatem. uestram facultatem eēt puta-
re: & ad res capessendas alacriter insurgere. Legatos mit-
tendo militando prouocando alios om̄s uobiscum repu-
tantes si philippus eam facultatem aduersus uos nancis-
catur q̄ impigre uos foret inuasurus. Deinde nō pudet
que ille si tempus haberet uobis inferret. hoc uos tēpus
nactus illi nō facere. Nec illud latere uos debet uiri a-
themenses optionem uobis nunc dari. utrum illic an
hic apud nos bellum geri malitis. Si enim resistent o-
lynthii uos illic bellum geritis: & illius terram clade
belli uastabitis: uestra aut̄ mcolumi fruemini. Sin aut̄
philippus illos euertat. quid prohibet cum huc in nostra
aduentare. Thebani. At hi una cum illo libenter in-
rumperent. focenses. At ne propos quidem agros tue-
ri queunt: ni ad uobis aduenientur. At nolet inuadere.
per absurdum foret. si que nūc impudenter iactat se fac-

No

turum ea facultatem nactus non faceret. Enim uō q̄tū
interfit hic ne an illic bellum geratur: ne ūbis q̄dem
est opus ostendere. Si enim uos ip̄os necellum sit tri-
ginta dies solum extra urbem consistere: & quibus ad
exercitum opus sit ex agro uestro capere: nullo contra
opposito hoste: pluris erunt detrimenta prediorū ur̄orū
q̄ quantum adhuc in bello absumpsistis. Si uō & hosti
aderit quanta damnoꝝ fiet accessio: Et insuper adēit
contumelia atq̄ dedecus: que nullo detrimento recte-
fermentibus leuora sunt existimanda. Hec igitur cō-
siderantes ferre auxilium ac bellum illuc depellere ōs
debetis. Diuites ut promultis que possident pauca e-
rogantes ceteroꝝ fructum securi percipiant. Iuuenes
ut belli peritiā in hostili terra consecuti: & acres insus-
tutandis existant. Oratores ut facile ratione admini-
stratoꝝ reddere possint. Nam uti negotia succedunt
ita de his qui gerunt rē p. iudicatis. Vtile uō foret
omnium gratia.

DEMOSTHENIS ORATIO SECUNDA IN PHILIPPVM REGEM.

INMVLTIIS o uiri athenienses: ut mihi
quidem uidetur intueni licet deoꝝ beniuo-
lentiam huic urbi manifeste impensam: nō
minime aut in rebus quibus de nunc agitur.
Nam aduersus philippum moueri bellum ab iis qui et re-
gionem finitimam & potentiam habent: & q̄d maxi-
mum est sic esse illos animatos ut omnem reconcilia-

tionem tum infidam porro ac suspectam tum patrie
sue euerfionem arbitrentur / diuino protinus bene-
ficio contigisse nobis uidetur. Oportet ergo uiri athe-
nienfes hoc iam a nobis prouideri ne ipi deteriores er-
ga nos q̄ prebita l'nobis facultas reperiamur. Nam
turpe quidem foret imo turpissimum si nō oppida
modo & loca quorū eramus aliquando domini pdidi-
se: uey et socios & oportunitates a fortuna ipa nobis
inulcatas perignauiam abiecisse uideremur. Refer-
re igitur uiri athenienfes philippi potentiam ac p̄
huiusmodi cōmemorationem uos ad resistenduz illi
prodignitate uestra cohortari nequaq̄ decorū uobis
ēē duco. Quamobrem quia mihi uidetur quicquid
cōmement quispian in his flagrantiam glorie in
philippo ostendi. uos autē redargui quasi non recte fe-
ceritis. Illi enim quanto supra dignitatem suam res
aggressus effecit: tanto illustrior apud om̄s habet.
Uos autē quanto deterius in rebus uersati estis q̄ dece-
bat: tanto maiorem ignominiam contraxistis. Qua-
re ista om̄ctam. Et enim si recte quis considerate
uoluerit reperiet profecto non a se ipō sed a nobis au-
ctum ēē philippum. Quorū igitur ille grām debet uis
qui pro eo rem p̄ administrarunt: nobis autē penas
exigere conuenit: nequaq̄ nunc tempus reor illa me-
morandi. At uō que preter hec dici possunt: & uos
audire om̄s conducit: magnas q̄ illi notas improbita-
tis apud bonos inurunt: ea dicere conabor. Infiduz
ergo uocare ac p̄urum probatione om̄ssa reu uana

utiq; contumelia uideri merito posset. At eaque fecerit recensere & in his omnibus redargutionez adiungere: que breuiter expediri possunt duorum gratia concludere arbitror. Et ut improbitas eius, que re uera est innotescat: & ut hi qui illum quasi inexpugnabilem horrent intelligant illi cuncta iam pertransisse quorum simulatione atq; fallacia in hanc que nunc est magnitudinem accreuit: & ad extremum illius res peruenisse. Equidem uiri athenienses & ipse quoq; formidandum nimis admirandumq; putarem philippum si per uisitiam creuisset illum uiderem. Nunc aut respiciens consideransq; reperio simplicitatem nostram ab illo per fraudem deceptam cum olynthios uolentes se nobis coniungere reppulerunt quidam uana spe oblata quasi ille amphypolim uobis daturus foret: et archani illius tunc usq; adeo dicitati machinatione. Olynthiorum deinde amicitiam eadez fraude sibi comparauit: uana rursus pollicitatione quasi potideam que uestra erat indigne illis ablatam redditurus. Nunc aut thessalos eodem modo decepit: magnesiā illis pollicendo ac focensē bellum pro illis se gesturum simulando; Nec est quisq; cui modo res ulla cum illo fuerit: qui non infraudem impulsus sit a philippo. Semp enim ignoratione eorum qui non experti erant captando ac mentiendo phuiusmodi fallacias sibi potentiam comparauit. Ut igitur per ista magnus euasit: dum singuli spectabant commodum aliquod sibi esse facturum: sic per hec eadem rursus ru-

ere debet: cum deprehensum est cuncta propter u-
tilitatis gratia illum fecisse. Ad hoc igitur temporis
philippi res deuenerunt. Vel assurgens mihi aliquis
immo aut uobis ostendat: aut non esse illa uera que
dixi: aut eos qui ante decepti ab illo fuerunt decete-
ro sibi fore credituros: aut thessalos contra dignitate
infuitutem adactos non cupide nunc ad libertatem
respicere. Quod si quis hec ita esse fateatur: attamen
existimet: ut atque potentia ab illo res contineri posse:
quoniam oportuna loca portusque atque cetera huius-
modi iam pridem occupata in eius sunt potestate: non
recte existimat. Nam cum per beniuolentiam res con-
sistunt: & cunctis eadem conducunt: qui belli par-
ticipes sunt: tunc & labores suscipere et incommoda
perferre: & indifficultatibus durare homines uolunt.
Cum autem quis proprii causa lucri atque perfidiam que
admodum iste sibi potentiam comparauit prima oc-
casio ac exigua offensio cuncta profligat atque dissol-
uit. Non potest enim uiri athenienses non potest in-
fieri: ut is qui iniuriatur: qui perurat qui mentitur
firmas ac stabiles habeat uires. sed hec talia semel &
ad tempus exiguum durant. Satisque superque spes ipsa
potiundi floruit: tempore uero deprehenditur atque de-
fluit. Ut enim domus atque nauis fundamenta firmis-
sima esse oportet: sic et rerum agendarum principia atque
causas uera atque iusta esse conuenit: hoc autem non est
in rebus philippi. Dico igitur auxilium ferendum
esse omnibus: & ut quisque optime atque celerime di-

cit: ita mihi maxime placet. Simulq; ad thessalos le-
 gationem mittendam que partim doceat partim incen-
 dat: Nam et pegasal urbem repetere in suis decretis
 statuerunt: & demagnesia sermonem inducere. Vi-
 dendum est tamen uiri atthenienses ne uerba solum
 uestri illuc afferant legati: sed et res certas queant oste-
 dere exeuntibus uobis pro dignitate rei. p. ac belluz
 impigre capescentibus. Nam uerba quidem si absit
 opera stulta profecto uanaq; uidentur. maxime nō
 ciuitatis uestre. Quo enim magis parati sumus ad di-
 cendum eo minor fides uerbis nostris adhibetur. Ve-
 hementem igitur mutationem in uobis & conuisione
 plurimam ostendendum est. Tributa soluentibus: i
 arma exeuntibus omnia prompte facientibus. Hec uos
 si quemadmodum oportet atq; decet uoletis non soci-
 os modo suspectos inuitesq; reddetis philippo: ueruz
 etiam indomestico proprioq; regno laborare illum cō-
 pelletis. Ommino enim macedonum potentia si ad-
 ditamenti loco ueniat est nō parui existimanda: ut
 dudum uobis contra olynthios ac rursus olynthiis ad-
 potideam apparuit aliquid eē in alterutra parte. Nu-
 perrime quoq; cum thessalis domestica seditione labo-
 rantibus contra tyrānos auxilium tulere. Et ubiq;
 q; opinor quis sup addat uel paruam potentiam mul-
 tum adiuuat. Veruz ipsa perse imbecilla est: ac mul-
 tis incōmodis miserisq; referta. Nam iste omnibus his
 quibus auctus uidetur bellis militis exercitibus expe-
 ditionibus illam afflixit: ac imbecillioem q̄ natura

fit reddidit. Nolite enim putare uiri athenienses
his de rebus philippum macedonemque gaudere. Sed ille
gloriam concupiuit atque ea cupiditate incensus labo-
res & pericula subire ac omnia pati manimum indu-
xit: ut assequatur se profecisse: que nullus ante rex
macedonie perfecit. huius rei famam tranquillitati
uirtutis existimans preferendam. At illi honore huius-
cemodi nequaquam tanguntur: continua uero militia quam
iste sursum deorsumque exercet afflicti conteruntur
assidue atque fatiscunt: cum neque operis facundi: neque
improprius consistendi facultas illis permittatur: neque
redditus prediorum prouoluntate disponendi: rerum
uenalium foris propter bellum occlusis. Multitudo quoque
macedonum quemadmodum erga philippum anima-
ta sit non difficulter intelligi ex his potest. Peregrini
autem qui circa illum uersantur: nomen quidem in
re militari permaximum habent. Verum ut ego a-
grauum quodam uiro in locis illis conuersato audiui
inhibilo quam ceteri sunt prestantiores. Nam si quis est in-
ter eos uir egregia uirtute propelli ab illo reusque affir-
mat: nequa pars rerum gestarum huic tribui possit sed to-
ta gloria sua uideatur. In alios quoque ambitione eius
hominis enarrare uix posse. Si quis est penes illum
compotitior moribus ac modestus quotidianam illius in-
temperantiam: libidinemque non ferens sperni ab illo ac
nullo in pretio haberi. Restare igitur apud illum si-
carios & adulatores & huiusmodi homines qui ebrii
inconuiuissimis obscenissime saltent. Hec autem esse t

uera / ut ex eo patet quod quos ex hac urbe pepulim⁹
 flagitiosissimos homines immo ridiculor⁹ et poetas ob
 scenor⁹ carminum que faciunt incetu ut ridiculi ha-
 beantur. hos ille auide recepit & infamiliaribus ha-
 bet. Atqui hęc & si parua uideantur: grandia tam
 sunt illius mentis improbitatis q⁹ iudicia. Sed puto
 nunc prosperitas ista contegit & obscurat. Nam se-
 cunda quidem fortuna eam uim habet ut huiusmōi
 uitia oculere: & adumbrare queat. Ver⁹ siquid ac-
 cidat aduersi tunc aperte discernentur. Quod futur⁹
 est prope diem propitius diis uolentibus uobis. Ut
 enim incorporibus dum sanus est quis: nihil aliqua
 in parte quassatum sentit: sin ualutudo incidat adū-
 sa quicqd in fractum / aut distortum erat confestim
 suscitatur atq⁹ apparet: ita in populis ac tyrannis
 dum procul domo gerunt bellum in cōmoda latent:
 at si finitima implicentur lite: cuncta emergunt.
 Q uod si est uestrum quispiam uiri athenienses qui p-
 speritatem intuent philippi: ob hanc illum formidet.
 prudentis quidem uiri utitur ratione. Est enim ma-
 gna pars: immo uō totum fortuna in rebus humani-
 A itamen ego si mihi electio detur nostrę ciuitatis fortu-
 nam malim q̄ illius: modo ul parumper que oportet
 facere uehimus. Video enim longe plura deor⁹ beni-
 uolentię erga uos q̄ erga illum in ditiā. Verū nos qdē
 sedemus nihil agentes. Qui uō ipse sua negligit non
 modo adiu⁹: sed ne ab amicis quidem ut pro se ge-
 rant flagitare debet. Non est ergo mirandū si mili-

tans ille ac labores subiens, omnibusq; presens: et neq;
tempus: neq; horam perdens: vos desides et incontin
bus tempus amittentes: & nū. qd. noui sit p̄cūctates
ex supat. Non equidem id admiror: Contrariū uero
admirandum ēet: si nihil agentes eorū que in bello fa
cienda sunt: illum cuncta hec agentem superaretis.
Sed illud admiror: si aduersus lacedemonios dudum p̄
libertate grecie restitistis: nec quicq; quesuistis propi
cōmodi cum id liceret: sed ut ceteri liberi forent ue
stra propa cōsumpsistis et pericula subistis: nunc aut
piget militare ac tributa soluere: uestray gratia rez
tuenday: & aliena seruastis: uestra aut dum auferūt
sedatis. Hec admiror et illud preterea si nemo uestrū
cogitat quanto iam tempore cum philippo belligeratis:
& quid agentib; uobis tempus hoc abiit. Satis enim
quia tantantibus uobis ac sperantibus alios pro uobi
esse facturos accusantib; inuicem ac iudicantib; tem
pus consumpsistis. Demde ita rudes estis: ut per que
res ciuitatis ex bonis male sunt facte: p̄ eadem ex malis
bona fieri existimatis. Sed neq; ratio id neq; nā patit̄.
Nā multo facilius est tueri quod habeas q̄ quod nō ha
beas adipisci. Nunc aut quod tueamur: nihil reliqui
nobis bellum facit. Acquirere nō oportet: hoc iam ue
strum est opus. Dico igitur pecunia contribuendum
& militandum impigre: neq; queq; accusandum p̄us
q̄ uos obtineatis. Tunc ex rebus iudicantes qui laude
quid dignum gesserint honorandos: qui contra pun
iendos ēē dico: moras nō et excusationes omnis tollen

dal. Non enim licet quid alii fecerint curiose perquirere: nisi prius uos prodignitate uestra feceritis. Et quia ob causam uiri athenienses putatis duces uestros omnes hoc bellum fugere: & alia bella propria reperire. Quia hic premia sunt uestra pro quibus geritur bellum: & si amphipolim quis cepit statim uobis tradet: pericula uero illi propria restant / Lucrum autem nullum. Illic uero minora pericula. preda uero ducum et militum: lampfacus sigum nauigia capta. Omnes autem feruntur ad proprium commodum. Vos autem cum res intuemini male se habentes: prefectos inculatis. Cum autem rationes exculpationes eorum auditis omni crimine absolutis. Ita fit ut inuicem altercantes dissideatis alii alia sentientes: res. p. uero detrimentum patiuntur. Primo quidem uiri athenienses secundum classes rem publicam geritis. Hinc orator princeps dux & auxiliares trecenti. alii se uel in hos uel in illos distribuere. Hec sunt reicienda uiri athenienses: et uel nunc saltem uestri iuris facti dicendi consulendi et agendi communibus facite potestatem. Quod si quosdam uelut ex tyrannide uobis iubere alios uero cogitis triremes dare ac tributa persolvere & militare. alios uero solum decernere ista permittitis: nec aliud quicquam facere. nihil recte fiet neque in tempore. Nam ea pars que iniuriam patitur semper deficiet. Ita supererit uobis ut ab his pro hostibus penas exigatis. Summatim dico ut omnes tributa conferant secundum facultates: ut omnes militent suo tempore: ut omnibus dicendi tribuatis facultatem: &

non que hic uel ille dixerit : sed que optima sunt ex
omnibus eligatis . Que si feceritis uiri athenienses
non eum qui dixerit modo : sed et uos ipsos postea lau-
dabitis : multo melius rebus omnibus sese habentibus ;

DEMOSTHENIS ORATIO TERTIA
DE PACE SERVANDA .

3

IDEO Athenienses presens quidem tempus
difficultatem plurimam & turbationem ha-
bere . Non solum quia multa iam prolapsa
de quibus non est facile cuiquam bene loqui : uerum
etiam quia de his que restant non idem omnibus utile
sed aliud aliud esse uidetur . Cumque sui natura difficile
sit atque arduum consulere : uos multo difficilius id ef-
fecissetis uiri athenienses . Nam alii quidem omnes
ante rem consueuerunt uti consilio : uos autem post re-
x hoc non accidit omni quidem tempore quantum
ipse memini : ut qui ex hoc loco uestros errores repre-
hendit : sapienter dicere uideatur : res tamen ipse de
quibus consultatis uos effugiant : Sed tamen quanquam
ita sit : puto et mihi ipsi persuadens surrexi si modo
uelitis sine tumultu concertationeque audire que ad
modum decet de re . p . ac de magnis rebus consultan-
tes posse me et dicere & consulere per que presentia
utilitatem & iam prolapsa salutem recipient . Sciens
non aperte uiri athenienses quoniam loqui de his
que ipse quis dixerit : ac de se ipso apud uos semper
ex maxime utilibus fuit audientibus : sic tam illud

No

duco graue ut licet necessitatem uideam tamen id
 facere perhorrescant. Puto aut uos melius iudicatu-
 ros de quibus dixero si pauca ante hoc tempus quan-
 doq. a me dicta uestram ad memoriam reuocentur.

Ego enim uiri athenienses primum dum psuaderet
 uobis quidam rebus nouis in cuboia cohortis auxilium
 ferre plutarcho ac bellum infame damnosumq. sus-
 cipere: pmul & solus contra dixi assurgens ac pene di-
 scriptus sum ab his qui parua ipsi mercede in multos
 ac grandes uos errores coniecerant: breui q. prolapsio
 tempore post dedecus inde susceptum atq. ea perpessa
 ab illis ipsis quibus opem tuleratis que nulli unq. &
 homines ptulerunt omnibus patefactum est: et illor
 qui uos ad hec impulerant improbitatem & me op-
 tima uobis mea sententia suadere uoluisse. Rursus
 uo uiri athenienses cum intueret neoptolemi hy-
 strionem preteritu quodam artis licentia fretum ma-
 la permulta in rem p. machinari: cunctaq. prophilip-
 po in magistratu in quo tunc erat gerere: rem ad uos
 detuli nullius neq. inimicitie neq. calumnie causa ut
 ex rebus ipsis fuit postea manifestum. Et non iam hic
 amplius accusabo neoptolemi defensores: Nulli enim
 erant sed uos ipsos. Si enim in dyonisi tragedias spec-
 taretis ac non de salute patrie et de re. p. tunc fuisset
 sermo: no sic neq. illum ad gratiam neq. me ad mo-
 lestiam audiuissetis. At qui uos hoc intelligere puto
 uiri athenienses: quia profectorem ille fecerat ad
 hostes: ut pecunias quemadmodum aiebat illic sibi

debita huc transferret: quo tributa persolvere ha-
beret: et hoc sermone plurimo utebatur esse uide-
licet p graue si quis accuset eum qui illinc facultate
huc transferat. Sed postq̄ facta pace metus abcessit
cunctis que hic manifeste possidebat uonditis ad phi-
lippum abiit: Hęc igitur duo testificantur mihi q̄
tunc predicta sunt: ame: ea recte ac iuste fuisse osten-
sa. Tertium o uiri athenienses & solum hoc unum de
preteritis cōmemorabo. Cum legati recepto iure iura
do rediimus: tunc thespias & plateas quibusdam
pollentibus redditurum uobis esse philippum: &
phocenses si ille facultatem nanciscatur saluos fore.
thebas aut euersum iri: & oropon uobis tradituruz
ēē ac euboiam pro amphipoli esse daturū: & huius
modi spes atq. deceptiones quibus subducti uol neq;
utiliter neq. recte neq. honeste phocenses perire p-
misistis: nihil horū ego dixisse: neq. hec ipa silentio
preterisse comperiar. Sed protestatus equidem suz
ut bene scio uos meminisse me quidem ista neq. scire
neq. expectare credere uō illum qui ista dicat delirare.
Hęc uero omnia que ego uideor melius q̄ ceteros prou-
disse aduillam o uiri athenienses neq. intelligentiaz
neq. excellentiam ip̄e refeto: neq. ullis aliis rebus hec
attribuo q̄ duabus primo fortune: quā ego omni pru-
dentia atq. sapientia hominum uideo fortiore. Scā-
do quia incorrupte de rebus iudico: nec est mactis
meis ulla acceptio: recta igitur ut est ipsis ex rebus
mihi utilitas apparet. At quando in altera parte tā-

q̄ in lance auri pondus adicias attrahitur: tunc et ob-
 ruitur ratio: nec amplius rectus neq. sincerus qui
 hoc facit existimator eē potest. Vnum igitur hoc
 ego primum obseruandum censeo ut siue de socie-
 tate siue de federe siue de alio uult quis ciuitati p-
 uidere: hoc ita providebat ne pax dissoluatur. Non
 quia illa optima aut digna sit nobis: sed quia qualis-
 cunq. est: non factam esse tunc magis optimuz erat
 q̄ factam nunc a nobis dissolui. Multa annis simul uiri
 athenienses: que si adessent minus periculosum min-
 q̄ difficile erat bellum. Secundo cauendum esse dico
 ne irriterimus istos qui se amphictiones esse aiunt: ad
 bellum nobis communiter inferendum. Ego enim
 nobis aduersus philippum si sit bellum ob amphipo-
lim: aut quid aliud priuatim quod neq. thessalos neq.
argiuos: neq. thebanos attingat: nullum horū credo
 nobis bellum eē illatū: & omnium minime & in
 nemo subobstrepit p̄us q̄ totum audierit thebanos.
 nō quia sint nobis beniuoli nec quia philippo gratifi-
 cari nolint: sed quia intelligunt probe: & si dicat q̄
 tardos illos & insensatos esse: quia si fiat nobis belluz
 ipsi incommoda sustinebunt. premia uō erunt altius.
 Non igitur se in hoc abicerent: nisi cōmunis causa sit bel-
 li. Nec cursus si aduersus thebanos belligeremus: ob
oropum aut aliquid priuatim quicq. uos existimo eē
 passuros. Nam & nobis et illis qui auxilio essent ac-
 temis iuuarent: si alterutri premerentur. in alienam
 uō simul ingredi recusarent. Habet enim hoc societa-

tum natura: quod sane intelligendum est: non usq.
adeo quisq̄ aut nobis aut thebanis est beniuolus: ut
dominari aliorū uelit: sed saluos esse cupit gr̄a sui:
ut aut̄ uictores sint omnino ac dommentur, nemo
uult. Quid ergo dico formidandum / & qd̄ cauendū:
Ne cōmunem causam & pretextum aduersus omnes
futurum suscipiat bellum. Si enim argiui & messe-
ni: & magalopolite / & alii quidam peloponnesi quot
idem cum istis sentiunt, propter amicitiam lacede-
monioy uos odierunt. Thebani aut̄ erant illi quidez
nobis ut aiunt et prius inimici: nunc et magis q̄
exules eorū recepimus. Thessali quia eieciis aphoci-
de fauimus. philippus quia amphictione partipe-
eē uetamus. Veror̄ ne singuli priuatim nobis infen-
si simul omnes cōeant ad bellum inferendum / am-
phictionum decreta pretendentes. deinde distrahan-
tur singuli preter utilitatem propriam nobis bellige-
rantes. Ut accidit nup̄ phocensibus. Satis enī q̄
thebani & thessali & philippus non idem singuli uo-
lentes eadem tamen omnes effecerunt. Cui thebani
philippum aduentare & dominum eē transitus no-
lebant: neq̄ illum sui laboris extremum premium
& gloriam capere. Sed quia orbomenon & coronia
cupiebant: que habere non poterant: hoc tolerarunt.
Q̄ aiunt quidam philippum nō tam sua sponte or-
comenum & coroniam thebanis tradidisse q̄ coacte
quibus ego ualeo dico. Illud aut̄ scio quia nō tātū
hec faciebat philippus: quanti dominum esse trans-

missionis et belli phocensis gloriam suscipere quasi ipse ad extremum illud concessisset. Hæc erant que ille maxime cupiebat. At thessali neutra istorum uolebant: neque thebanos neque philippum augeri potentia. Contra se enim hæc fore existimabant: sed pileam cupiebant & idelphis potiores esse. Hæc illi rerum cupiditate adducti una cum illis aduersus phoces conerunt bellum. Gratia ergo priuata cupiditatis multa singulos abiecit reperietis que nolent hoc aut quoniam tale est cauendum nobis dico. Iussa ergo accipiendum censes obhunc metum. Permultum abest sed nihil quod nobis indignum sit faciendum & providendum ne sit bellum: & ut mentem habere omnibus ac iusta dicere uideamur. Ad istos autem qui omnia potius toleranda censent nec provident bellum hoc respondere uolo. Nos oropum teneri a thebanis patimur: cuius rei causam si quis querat ac uerum respondere uelimus dicemus ne bellum ob eam rem subire compellamur. Et philippo in federe nuper amphipolim concessimus & cardianos promissimus ab alius qui in cheronneso sunt separari. Et ceteram insulas tenere chium et cho: et rhodium & bizantios nauigia subducere. Hæc omnia uidelicet patimur otium et pacem potiora existimantes quam de uno quoque istorum contendere. Nonne igitur stultum est & nimis fatuum aduersus singulos pro nostris propriis necessariisque rebus ita se habentes: nunc aduersus omnes simul pro idelphis umbra bellum suscipere.

DEM OSTHENIS ORATIO IN PHILIPPVM

+
n **E**QVAQVAM eadem mihi uideor intel-
 ligere o uiri athenienses cum res ipsas confide-
 ro: & cum uerba non nullorum ipse mecum reputo.
 Verba enim depumendo philippum fieri ui-
 deo. res autem deductas cerno ut providendum sit ne ip-
 si prius detrimento afficiamur. Nihil itaque aliud mihi
 qui ista dicunt facere uidentur quam materiam uobis de
 qua consulatis non opportunam subiacentes in errores
 deducere. Ego autem licuisse iam huic populo: & sua
 ipsius tutari: & philippum conficere: certissimum scio.
 Meo namque tempore (ut antiquiora omittam) haec utra-
 que fuerunt. In praesentia tamen satis ut ego arbitror
 fuerit providere: ut socios nostros tueamur. Cum uero
 hoc perfectum et exploratum nobis erit: tunc quemad-
 modum penes philippo exigende sint considerare li-
 cebit. Prius autem quam principium recte disponatur ua-
 num esse reor: aliquem de fine mentionem inducere
 Praesens igitur tempus o uiri athenienses. si quod unquam
 aliud ingenti cura & providentia indiget. Ego uero
 non quid in his rebus consulendum sit difficilissimum
 esse puto. Sed illud non intelligo quemadmodum uobis
 loqui debeam. Suadeo enim mihi ex his quae praesens
 audiensque cognoui: non obignorationem sed obneglige-
 tiam atque desidiam plurima uestrarum rerum deperisse.
 Rogo autem uos si cum audacia loquor ne indigne patia-
 mini considerantes potius an uera dicam & an ea de
 causa ut cetera emendentur. Videte enim quam pessimo

in loco res deducte sint / dum quidam uobis aduolupta-
 tem locuantur. Necessarium uo arbitror / pauca de pre-
 teritis comemorare. Meministis uiri athenienses cu
 hoc tertio ul quarto anno nuntiatum eet orei memia a
 philippo obsideri. Tunc quidem mensis erat martius.
 Multis ergo sermonibus & tumultuatione apud uos
 exorta triremes quadraginta : & usq; ad quadraginta
 quinque etatis annos eas conscendere : & talenta sexagin-
 ta conferre decreuistis. Deinde transacto iam anno
 apli maio / iunio / uix tandem hoc mense post my-
 steria completa decem naues & illas ipsas uacuas ac
 talenta quinque argenti habentem charidemum misistis.

Vt enim audiuistis mortuum aut egrotantem ee philip-
 pum : nam hec utraq; tunc delata fuerunt / nullo ias au-
 xilio fore opus existimantes : classem mittere neglexi-
 stis. Erat uo illud ipsum mittendi tempus. Si enim
 auxilium quemadmodum decretum fuerat te impigre
 tulissemus non euasisset philippus : nec has molestias
 nunc uobis inferret. Sed que tunc facta sunt aliter
 ee non possunt. Nunc autem alterius belli tempus
 aduenit : cuius gratia superiora memorauimus / ne idem
 nuc quoq; auobis committatur. Nisi enim auxilium toti
 uribus feratis : uidebitis quemadmodum cuncta gessi-
 tis pro philippo / habebant olynthi potentiam quandam
 resq; ipoz sic dispositae erant ut neq; philippus illis
 nec illi philippo confidere auderent. feceramus nos et
 ipi adinuicem pacem. Erat scrupulus & uelut diffi-
 cultas quedam philippo ciuitatem magna nobis pacata

suis temporibus obuiare: Censurimus omnimodo fa-
ciendum esse ut inter eos bellum oriretur: & quod omnes
tunc predicabant tandem id quomodoque nunc euenit
Quid ergo reliquum est uiri athenienses: nisi ut ualent
et impigre auxilium feramus: nequidem non uideo
Nam preter uerecundiamque nobis erit si ista omit-
tamus: metum insuper posthac uideo magnum futurum
dispositis ita ut sunt erga nos thebanis exhaustis uero
pecunia phocensibus: nulloque impedimento futuro quod
minus philippi impetus ad nos tandem perueniat.
Quod si quis arbitratur usque ad illud tempus differendum
esse remedia: uidere communi uult pericula dum licet
ex longinquo audire: & sibi ut ab aliis auxilium ferat
postulare dum licet nunc sibi aliis auxilium ferre:
Quod huc tandem peruenire sunt res si nunc negligan-
tur satis constat. Sed oportere quidem auxilium ferre
manifestum est dicit quispiam hoc quod nos facere uolu-
mus: uerum quemadmodum hoc fieri conuenit ostende.
Nunc ergo miremini o uiri athenienses si nouum aliquid
et inopinatum dixerim. Legum latres create non ad
ferendas leges sunt enim nobis satis multe: sed ad
abrogandum illas que damnose sunt rei. p. dico au-
tem apte de theatralibus legibus & demilitaribus quibus-
dam: quarum alie stipendia iis qui domi manent pro
theatro distribuunt: alie qui extra ordinem sunt eos
conseruant immunes. Ex quo fit ut qui rei. p. opus
suam prestare uelint seigniores reddantur: huiusmo-
di leges cum abrogaueritis: et securam ad recte consu-

lendum uiam aperueritis: tunc qui utilia rei. p. decer-
 nat. perquiratis. Prius uō nolite querere qui prouobis
 & prouilitate uestra decernendo auobis perdis uelit:
 non enim reperietis presertim cum ex huiusmodi decre-
 tis auctor quidem indignam penam reportaturus sit:
 res. p. aut nullam utilitatem sit consecutura: immo et
 infuturo magis q̄ nunc recta et utilia dicere formidabi-
 lius erit: illud preterea equum est uiri athenienses:
 ut has leges illi ipsi abrogent qui tulerunt. Non est e-
 nim equum gratiam eius rei que totam lesit ciuitate
 penes eos qui tulerunt remanere: odium uō abrogati-
 onis perquam utilitas rei. p. peruentura est apud eū
 qui nunc recte consuluerit. restate Prius uero q̄ ista
 dirigatis nolite existimare quemq̄ ee ita magnum q̄
 si transgrediatur has leges penas non reportet: nec
 ita amentem ut inuidens malum sese uelit conice.

Nec etiam ignorare debetis uiri athenienses indecretis ip-
 sis ac sententiis nullam uim aut robur inesse: nisi ue-
 stra accedat uoluntas ad illa que decreta fuerint exequen-
 da. Nam si decreta ipsa sufficerent: aut nos ad illa que
 agenda sunt compellere: aut ad illa que decreta sunt p-
 ficere nequaquam uos tam multa iam pdem decernentes pa-
 rum immo nihil fecissetis: nec philippus tam diu nos
 offendisset: sed quantum indecretis est iam dudum penas
 dedisset. Verum non sic se res habet. Nam facere q̄ con-
 sulere ac deliberare posterius licet tempore / re tamen
 et usu prius est ac potentius. Hoc igitur auobis presta-
 dum est. Nam cetera quidem abunde assunt. Diserti

no

No

etenim ac prudentes apud uos sunt complures et uos ea
que dicuntur acutissime omnium percipitis facere et
poteritis nunc si recte sentietis Quod enim tempus aut
quam occasionem maiorem quam nunc expectatis aut qua-
do digna uobis agere uoletis Nonne omnia loca uestra oc-
cupauit philippus & si hanc regionem accipiat turpif-
sima omnium patiemur Non illos oppugnat quibus
si ab ipso oppugnarentur auxiliari promissimus Non
est hostis non habens nostra Non barbarus Non quod
dici potest Sed per deos immortales an ista negligentes
et quasi pro philippo disponentes postea qui causa fuerit
huius perquiremus Non enim puto nos ipsos accusabi-
mus ut nec in belli periculis quisquam fugientium se accu-
sat sed ducem sed proximum sed omnes magis uictos
tamen propter omnes fuisse constat manere enim lice-
bat ei qui ceteros accusat quod si fecissent omnes uicti
certe non essent Et nunc ergo non recte dicit quis assir-
gens alius dicat non illum accuset Meliora dicit alter
hec sequamini cum bona fortuna At non sunt ista iocū-
da Nihil in hoc is qui dicit offendit nisi dum liceat
precarī omittat Nam precari quidem o iuri athemen-
ses per facile est cuncta per breuiter munus collecta Elec-
tio uero cum inconsultatione proponatur non eandem ha-
bet facilitatem sed necesse est ut utilia dulcibus si utra-
que cape non liceat anteponantur Quod si quis et the-
atralia uobis relinquere & alios redditus prospicendi
is assignare possit nonne iste meliora diceret certe-
ritia modo quisquam sit Sed admiror equidem omni athē-

Camp
f

meales si cuiq' hominum licuit unq' aut licbit cum
 ea que assunt no oportime consumpserit illis que ab
 sint abundare. Vey ut opinor magna apud huius
 modi viros est ratio uoluntas ac desiderium suu. Quod
 enim cupiunt homines hoc faaliter arbitrantur. Res
 autem aliter sunt plerunq. Considerate igitur uiri
 athenenses: ut ipe res postulant & poteritis militare
 & stipendium habere. Non est prudentium nec genero
 soy hominum ob defectum pecuniaru bellum negligere
 & huiusmodi iniurias perferre: nec aduersus corinthi
 os & negarenses raptis armis uiisse. philippum uo urbel
 grece captiuantem ob defectum pecuniarum negligere.
 Hec non ut cuiq' uestrum aduerser dicere decreui. Non
 enim sic amens / aut sic infortunatus sum: ut uobis fru
 strauelim aduersari / sed boni cuius ee iudico salute reu
 gratie uerboꝝ anteferre. Nam apud maiores nostros q
 consulabant audio quemadmodum fortasse & uos / quos
 laudant quidem omis / mutant uo parum. Aristide illu
 uitiam periclen et illum qui eodem quo ego nomine ap
 pellatus est. hunc morem in re .p. seruasse. Postq' uero
 isti boni uiri supuenerunt / qui uos rogant quid uultis.
 quid decerno. quid uobis gratum erit. pro breui uolup
 tate & gratia res .p. interit. ac huiusmodi eueniunt. Et
 res quidem ipsor splendide sunt / uestre aut turpes. Et
 enim considerate uiri athenienses / que summatim referri
 possunt de nobis ac de maioribus nostris. Erit aut bre
 uis et diluadus sermo. Non enim alienis exemplis sed
 propriis uiri athenienses / beatif fieri nobis licet. Illi ergo

Al.

no

quibus non gratificabantur oratores nec eos amabant
ut isti nunc uos amant quinq; & quadraginta annos
grecis profuerunt uolentibus. plura autē q̄ decem milia
talenta in arcem congregauerunt: paruit eis rex qui
hanc regionem tenebat ut equum est barbarū grecis.
Multa preclara terra mariq; statuerunt trophea: ipi mi-
litantes. Soli inter mortales inuidiam gloria superūt
in rebus quidem grecis tales erant: inurbani uō quale
fuerint publice & priuatim uideamus. Publice
ergo edificia, templa & ornamenta tanta ac tam ma-
gnifica nobis reliquerunt: ut nullus ad exupationez
relictus sit locus. Priuatim uō sic parci & infra modū
cunlitas se continentel erant: ut si quis aristide aut
miliade aut alioy tunc clauy uiroy sedes conspici-
at nihil eas prestare uicinis edibus intueatur. Non
enim ad opulentiam propriam inuulhabant sed patrie
augmentum sibi preposuerant. Sic illi in grecis quidez
fideles: in diuinis autē pios: in propriis uō equabilel se
prestando: magnam nō immerito adepti sunt felici-
tatem. Tunc igitur sic res se habebant: illis quos mō
memorauim rem p. gubernantibus. Nunc autē cuiusmo-
di sub istis bonis uiris res sunt: an similes: an pares?
Et cetera quidem sileo: cum multa possim referre: sed
uidete om̄s quantam solitudinem nacti fuermus: la-
cedemonis quidem attritis: thebanis uō impeditis nul-
loq; ex aliis tanta uires habente: ut de p̄ncipatu nobis
cum certare posset. Dum liceret nobis et nostra ip̄oy
tueri & ceteroy iura precipere: multa de propriis

amissimus: plura q̄ mille-quincenta talenta frustra con-
 sumpsimus / quos in bello socios nobis quesivimus / in
 ipsa pace isti perdididerunt. Inimicum contra nos pote-
 tissimum instruximus: Neq̄ enim dici pot̄ aliunde q̄
 anobis ipsis auctū esse eē philippum. Vex̄ si ista male
 et res urbane meliores sunt. Et quo pacto quis referre
 posset pinnas edium quas dealbamus: & uias quas ster-
 nimus: fontesq̄ & huiusmodi. Respicite ad auctores ista-
 rum vex̄ / quorū alii ex pauperibus diuites facti sunt.
 alii ex obscuris clari: nonnulli proprias domos publicis
 edificiis magnificentius edificauerunt: Quanto res pu-
 diminuta est. Tanto res priuate istorū sunt aucte. Quid
 horū omnium causa est: & cur tunc quidem bene et
 nunc non recte: Quia tunc ip̄e populus militare audi-
 ens dominus eorū erat qui rem. p. gerebant & auctō
 erat ipse omnium & optabile erat cuiq̄ ab ip̄o pp̄to
 honores magistratus et cetera obtinere. Nunc autem
 contra: domini honoꝝ sunt ij qui rem. p. gerunt &
 per ip̄os omnia fiunt. Vos aut̄ enervati ac spoliati pe-
 cunus et sociis ministroꝝ locum obtinetis contenti si
 uobis theatralia diuidant aut epulum tradant et q̄d
 omnium uilissimum est de uestris propriis gratiam
 aliis habetis qui uos murbe intrudentes ac libi man-
 suetos facientes ad ista inducunt & assuescunt. Nun-
 q̄ nō alte & generose sentire possunt: qui parua ac
 uilia peragunt. Qualia enim sunt exercitia hominū
 tales sint eorū mentes necesse est. Nec equidem mira-
 rer si hec dicenti mihi maior pena imponeret q̄ illis

No

No

ipſis qui iſta peragunt. Non enim ſemp facultas eſt de
cunctis apud uos uera loquendi: ſed et quod hodie fue
rit admiror. Si ergo nunc etiam uel moribus omiſſis
militare & digna uobis facere uoletis ac ueſtris faculta
tibus ad belli oportunitates uti fortassis iuri athenieſes
magnum aliquod bonum perficietis: ac ab huiusmodi
ſuſceptionibus ceſſabitis: que ſimiles ſunt cibis quos me
dici prebere ſolent egrotantibus. Nam ſicut illi nec ro
bur preſtant: nec inori ſimunt: ſic hec que nunc con
tribuntis: nec tanta ſunt ut aliquam ſufficientem pro
ducant utilitatem: nec deſperatos alius uacare ſimunt
ſed pigritiam et negligentiam ueſtra manifeſtiſſime in
triumt. Quid ergo dicit quiſpiam: tu tributum decerni

Comp
Et certe eandem conſtitutionem omnium uiri athenien
ſes ut publicorum munerum quiſque partem ſuſcipiens utile
ſe rei publice haud conſtanter preſtet: licet quietem agere
domi manens ſit melior: nec turpe aliquid facere ob
indigentiam compellatur. Contingit tale aliquid quale
nunc: militans ipſe ab eiſdem redditibus ut equum eſt
ſe ſuſtinet. Exiſtit quiſ ueſtrum extra ſtatem: que i
ſte nunc accipiens nihil prodeſt in equali ordine accipiat
curans atque cogitans quod fieri oporteat. omnino aut
nihil auferens: neque apponens preter pauca inordinati
one exploſa in ordinem redege ciuitatem accipiendi mi
litandi iudicandi faciendi ut etiam cumque et tempus
poſtulant ordinem ſtatuens. Nec ea que agentibus de
bentur onofis dico diuidenda: nec iſ quidem otari et
nihil agere: quod aut huiusmodi alterius uincunt milite

audire. Hæc enim nunc fiunt: nec improbo si quis a liquid pro uobis gesserit: Sed uos pro uobis ipsi censeo ista facere debere: pro quibus alios honoratis: Nec recedere ex eo dignitatis gradu quæ maiores nostri cum multis periculis partium nobis reliquerunt: Fere dixi que arbitror prodesse: uos aut sequamini quod et rei. pu. & nobis omnibus profuturum sit.

ORATIO DEMOSTHENIS PRO DIOPYTE.

PAR quidam fuerat uiri athenienses consilis qui apud uos sententiam dicunt: nec inimicitia nec gratia commoueri: sed quod optimum quisque factu putaret id dicendo ostendere presertim cum uos de publicis rebus maximis atque grauissimis consulatis. Cum uero aliqui partim contentione partim alius quibusdam decausis inducendo trahantur: uos o uiri athenienses alius omnibus relictis ea decernere atque agere debetis: que rei prope existimatis prodesse: presens igitur consultatio de his rebus est que in chetone solo geritur: et de exercitu qui in thracia decimum iam menses a philippo ductatur. uerba autem pleraque ad ea que diopyte facit queque facturus est transferri iudeo. Ego uero quotiens aliqua ab huiusmodi hominibus dicuntur commissa: quos puniendi quauis libeat habetis potestatem: & si iam uideatur: & si parump. iudicium remoretur: concedendum arbitror: nec oportere censeo nec me neque alterum quemquam in huiusmodi rebus uehementer se se aut acerbum prebere. Que autem hostis huius urbis

urbis philippus magnas circa se habens copias conatur
preripere: in quibus si semel preuenti sumus nullus est
amplius remedii locus: de us ego arbitror propere consu-
lendū atq; providendum esse: nec ob quorundam
accusationes ab huiusmodi rei consultatione discedē-
dum: Sed cum pleraq; dicta eorū admiratus sim qui
ex hoc loco sententiam dixerunt: ille tamen summaz
mihi prebuit admirationem: qui paulo ante aiebat
oportere eum qui consulat aut bellum simpliciter a-
gendū aut pacem consulere: Nempe si quietem a-
git philippus: nec quicq; ex rebus uestris contra pacē
habet: nec omnes mortales aduersus nos instruere co-
natur: nihil est qd̄ dici possit: nisi pacem simpliciter
agendam: Et certe q̄tum ad nos attinet omnia para-
ta uideo: Quod si ea que iureiurando firmata sūt: &
sup quibus pacem fecimus intueri licet: & apparet phi-
lippum ip̄m ante q̄ diopytes cum us copiis que nūc
in crimen adducuntur nauigare: bellum nobis intu-
lisse: multaq; ex nostris per iniuriam occupasse: de quibz
decreta publica extant manifestissime ip̄m accusantia
si omne reliquum tempus ceteros grecos atq; barbaros
subactos contra uos instruxisse: quid aiunt isti: aut
bellum simpliciter aut pacem agendam: non enīz
huiusce rei apud nos arbitrium est: sed relinquitur
illud non solum iustissimum: uerum etiam extreme
necessitatis: quod isti scientes prudentesq; preterierit-
um scilicet repellere eius qui uos bello lacerat: Nisi
forte dicant q̄ diu philippus ab agro atheniensis portu

q̄ se abſtinet non iniuriam ab eo uobis nec bellum in-
 ferri: qui ſi ex hoc iuſtitiam ſtatuunt & hanc eē pa-
 cem diffiniunt: quanq̄ nec iuſta nec uobis pia nec
 tolerabilia: nec tuta dicere eoſ manifeſtum eſt: tamē
 etiam ſibi iſtis repugnant: nec ullo modo cum uſcri-
 minibus ſtare poſſunt: que aduerſus diopytem indu-
 cunt. Nam qua tandem ratione philippo quidem ce-
 teta omnia facendi dabimus poteſtatem: ſi abattica ſe-
 ſe abſtineat: diopyti uō nec auxilium quidem prebē
thracibus licebit: quin bellum ab ipſo inferri predicem?
 ſed iſta quidem fateri coguntur: aiunt aut̄ huiuſmodi
 homineſ. helleſpontum uexare diopythem: per iniuriā
 nauē deducere: nec eē ullo modo id ſibi permitteudū.
 Sit ita quando ipſi uolunt: nihil equidem repugno cē-
 ſeo tamen oportere ſiquidem iuſta rei. p. preſidia tolle-
 re ac remouere querunt: cum qui preeſt et pecuniam
 exhibet apud uos criminando: ſic ipſi oſtendant fore
 ut philippi copie diſſoluantur: ſi uoſ decretis ueſtriſe-
 orum ſententiam comprobetis. Quod ſi oſtendere hoc
 non poſſunt: conſiderate ipſoſ nihil aliud moliri niſi
 ut reſ in eum modum diſponant: per quem nup̄ omnia
 perierunt. Scitis enim o uiri athenueſeſ: nulla alia
 re magiſ ſuperiorem fuiſſe q̄ celeritate & preuentione
 reꝝ agendaꝝ: habent enim copias ſemper circa ſe pa-
 ratas: & quid facere uelit premeditatus: ex improuiſo
 reſ inuadit. Noſ uō cum ſentimus quippiam agi: tūc
 demum exercitatur atq; tumultuamur. & ita fit ut
 ipſe quecuq; aggreditur ſine ullo impedimēto cōficiat

nos tarde exurgentes sumptus atq; labores frustra suscipiamus. et cupiditatem impediendi manifestissime ostendentes in rebus ipsis preuenti ignominiam contrahamus. Non igitur ignoretis o uiri athenienses cetera omnia que nunc dicuntur uerba. et occasionem esse temporis causa quesital: sed re uera id agi ut nobis domi manentibus nullis q. rei. p. presidis foris dispositis cum summa facilitate omnia que cupit philippus consequatur. Videte qui nunc sit rex status: habet ille magnas in thracia copias et ut aiunt. ij. qui inde adueniunt ex macedonia & thessalia maiores accersit. Si igitur expectans ethesus byzantium obsideat arbitramini in eadem auentia qua nunc sunt byzantios esse duraturos: nec postulaturos ut auxilii feratis: equidem non puto. sed et si quibus in salus magis diffidunt quam nobis: tamen potius inuocaturos quam illi se dedant. Ego si nauigare non poteritis: nec auxilia preparata illic habebitis: quid uetabit quominus ea ciuitas perdatur?

At tranquillissimi sunt byzantii insignis que auentia non inficior id quidem: tamen de ipsorum salute cogitare et solliciti esse debetis: cum ciuitati nostre saluos esse conducat. At qui nec illud certe exploratum habemus cherronesium non esse inualurum: sed si epistolam quam uobis scripsit consideremus in cherronesium uenaturus se profecturum.

Si igitur maneat hic exercitus: & illos tutari poterit: et philippum offendere: si non dissoluatur ac dissipetur: quod agemus tunc cum cherronesium inuadet: iudicabimus diopythem: profecto: et quid ex huiusmodi iudicio reserunt inchores: at nos ipsi auxilium feremus. Quid si

peruentos nō licebit: at non inuadet. Quis fideliſſor no-
 bis eſt huius? Animaduerte igitur quo intēpore qui-
 dam cenſent deſerendum eē a uobis hellespontum et
 philippo tradendum. Quid autē ſi thraciam relinquens
 nec cherroneſum nec bizantiū petat: ſed chalidem aut
 megaram inuadat. quemadmodum in orcho nuper fecit:
 utrum preſtat hic reſiſtere: & ſic bellum inpropinq̄ ha-
 bere: an illic impedimentum aliquod mittere: equidem
 hoc arbitror. hiſ itaq; omnibus attentis et diligenter
 penſatis nō me hercule quaſ copia diopythes pro rei. p.
 preſidio parare conatur eaſ calumniari oportet: & ut
 diſſoluantur anniti: ſed alias inſup adiuungere pecuni-
 am prebendo & omni ratione eaſ ſouendo. Si enī phi-
 lippum quiſ roget: uelut ne eoſ militeſ quorū habet diopy-
 theſ: qualeſcunq; ſi ſint (nihil enim contendo) maxie
 eoſ florere: et uobis caroſ eē augetiq;: auquorundam
 calumniſ criminib; q; diſſolui atq; deleri: hoc ipſe ut o-
 pinor ſe malle diceret. Ergo que philippis aduſ maxi-
 me optaret ea quidam ueſtrum efficere conantur: Et
 poſtea miramini quemadmodum reſ ueſtre perierunt:
 Volo igitur quo inſtatu reſ ſint conſideretis: atq; ita re-
 putetis cum animis ueſtris. Quid nunc facimus aut qd
 attendimus: noſ nec pecuniam contribuere uolumus:
 nec ipſi militare audemus: nec publicis rebus abſtinere
 poſſumus: nec ea ipſa que pleges debemus diopythi tra-
 dimus: nec que ſibi ipſe querit habere pmittimus: ſed
 obtrectamus & quid facturū ſit & quando: & huiuſmo-
 di omnia curioſe pſcritamur: nec cum cuiuſmodi ſim?

res nostras ipsi agere uolumus. At uerbis quidem eos
qui bene sentiunt de re .p. Laudamus opere uero adu-
sarius fauimus. Vos igitur ab eo qui apud uos uerba
fecerit crebro petere soletis quid tandem fieri oporteat.
Ego autem a uobis petiisse uelim quid dici tandem oporteat.
Si enim nec stipendia soluetis nec ipsi militabitis
nec a publicis rebus uos abstinebitis: nec ea que oportet
diopythi soluetis: nec que ipse sibi comparat habere per-
mittitis: nec res uestras agere uoletis: nihil est quod pos-
sim dicere: nam si tantam licentiam obtrectatoribus
dedistis: ut de us etiam que ipsum facturum opinantur
accusent: & hec dicentes apud uos audiantur: quid
dicere quisquam potest: Quod tamen diopythi hoc facere
liceat: aliquos uestrum discere oportet. dicam uero audac-
ter: aliter enim nullo modo possem. Omnes uestri per-
tores qui unquam nauigarunt: & adius & aberubreis & a
reliquis a quibus possunt: de us dico qui a siam inco-
lunt pecunias accipiunt: accipiunt magis u qui una
aut duas habent naues pauciores: qui maiorem classe
plura: nec tamen huiusmodi pecunia sine causa datur:
non ita desipiunt: sed ne sui qui nauigant iniuri as-
ficiantur: neue diripiantur eorum bona: pro tutela su-
arum nauium dare se aiunt: & liberalitatis nomen accom-
modat huiusmodi exactioni: & nunc diopythi exer-
citum habenti: haud ambigendum est illos pecuniam
eodem modo esse daturos. nam unde existimatis militem
suos alere posse: qui nec a uobis quicquam recipit: nec ex
se habet: unde stipendia persoluat: an ex celo: non est

ita: sed de quibus cogit. petit mutuatur. se se ac suos mi-
 lites sustentet. Nihil aliud ergo faciunt. n. qui ipsum
 accusant. q̄ uniuersos testantur ne quicq̄ illi tradant. ut
 pote penas daturis. et eorū que facturū sit & si nihil
 adhuc fecerit. hec sunt uerba hominū. Curat diopythē
 grecos obsessum ire. curat quisq̄ istorū nequid molestie
 inferatur. ut grecis qui asiam colunt. nempe in illorū
 q̄ in patrie cura eēt meliores. et quidem in hellepontū
 alium pretorem mittere. Hoc est si enim molestus est di-
 opythes & oram maritimam helleponti uexat. parua o-
 uiri athenienses. parua in q̄ tabella. Hęc omnia prohi-
 bere potest. aiuntq. leges qui hec faciant. eēt puniendos.
 ea namq. extrema esset insania. nam aduersus hostes q̄s
 legibus coercere nequimus & milites alere & naues mit-
 tere. & pecunias conferre decet. ac necesse est. contra
 nos nō ipōs decreta accusationes. delationes abunde suf-
 ficiunt. Hęc erant prudentium uiroꝝ. omnia suis arti-
 bus corruptentium. ut nunc isti faciunt. et qd̄ huius
 modi sint aliqui. quanq̄ sit graue. tamen nō est graue.
 sed uos qui sedetis ita instituti estis. ut si quis assurgens
 dicat eam malorū. omnium eēt diopythem uel charem ut
 aristophontem. aut quēcumq. alium de ciuibus uestris.
 continuo assentimini atq. tumultuatis. Sin autem quis
 ea refellat. & philippum causā eēt ostendat. quomā si
 ipse quiesceret. nihil omnino molestie haberetis. cum id
 uey sit nec negari possit grauiter ferre uidemini. et
 uelut aliquid p̄didisse arbitrari. huius quidem rei causa
 est. et mihi p̄deos imortales quando rei. p. causa dico libe-

re loqui liceat: quod ita uos instituerunt aliqui ex uis
qui rem p. gubernant: ut in contionibus terribiles &
uehementes sitis: in belloꝝ apparatus legnes & p̄facile
contemendi. Itaq; si quis aliquem con. accuset quem
scitis apud uos capi posse: assentimini facilliter atq; uultis
S in uō is accusetur quem non nisi armis freti potestis coer
cere ignari opinor quid agatis quasi spe illa priore deli
tuti doletis: debebant autē contra ouiri athenienses ij
qui in re p. uersantur: cuius suos instituere: ut in conti
onibus quidem humanitatem & mansuetudinē serua
rent. Nam eo in loco uobis iam ipsis et cum sociis ur̄is
disceptatio est: in bello autē terrorem ac uehementiam
ostenderent: nam cum hostibus nullo contenditur. Nē
autē isti populares: qui tantopere uos amplectuntur et
omnia gratificari uoluerunt: effecere: ut in contionibus
quidem leti omnia ad uoluptatem audiatis: in rebus
autē agendis in extremo periculo sitis. Et enim p̄deos
immortales si reliqui greci rationem a uobis repetant
horꝝ temporꝝ: que per ignauiam et socordiam amisi
stis atq; sic a uobis petant. Nonne uos athenienses le
gatos quocunq; mittitis: & uobis insidiari philippum
atq; sumopere cauendum esse & cetera huiusmodi af
firmatis: necesse est ut uerum eē fateamur: nū̄ certe
ita facimus: deinde o omnium mortalium uanissimi
decem menses sublatum de medio hominem et mor
bo & bellis et hieme sic oppressum ut nullo modo
redeundū domū habuerit facultatem: nec cuboiam
liberauistis: nec quicq; ex prius amissis recuperauistis.

V erum ipse quidem uobis domi manentibus nec ulla
 re omnino impeditis ualentibus etiam: si tamen ua-
 lere dicendum est: eos qui talia agant: duos in cubo-
 ia constituit: tyrannos. vnum contra athicam alium
 apud scythum: nos aut ne ista quidem si negligebitis
 cetere remouistis. At si uisistis atq; omisitistis apertissime
 preuobis ferentes: nec si deest moriatur philippus uos
 esse quicq; moturos. Quid igitur legatos mittitis: quid
 illum accusatis: quid molestias nobis affertis: Si sic il-
 li nobiscum agant: quid dicemus: aut quid respondere
 possumus uiri athenienses: Equidem non uideo. sunt
 aliqui tamen qui tunc omnia hec refellisse arbitrantur:
 cum interrogant eum qui uerba fecerit: quid ergo nos
 agere oportet: quibus ego uerissime simul ac uisissime
 respondebo. Hec non agere que nunc agitis. Quin etiam
 singulatim dicam: atq; unnam ut prompte interrogat
 ita etiam prompte nauare opam uelint. Primum quod
 o uiri athenienses in mentibus uestris haud dubie in-
 telligere bellum inferri uobis a philippo pacemq; ab eo
 ruptam: cessandumq; est aliquando sup hoc adiuuere
 disceptare: ipsumq; inensum & inimicum ee huic ur-
 bi atq; eius etiam solo addo insuper auctis hominibus
 qui mea sunt & maxime: uis qui se plurimum gratifi-
 cari illi putant: de quo si forte ambigunt eutyrcatem
 respiciant & lathenem: qui cum sibi rem maxime
 gratam consecisse uiderentur: post olynthii prodicione
 ab eisdem factam turpissime omnium periere. Ex omnibus
 tamen nihil est qd ille magis oderit qm rei. pu. nomen.

nec quicquam magis conatur euertere: nec merito quodam modo id agit. Scit enim certissime nihil intuto sibi fore: nec si ceterorum omnium fiat dominus: donec uos liberi estis. At siquid unquam accidat ex illis que accidere homini multa possunt: omnia que nunc primum oppressit: ad uos esse confugitura: esse quidem apud uos non augendi rem uestram nec imperium uobis parandi cupiditatem. ceterum promptos esse ne alter capiat prohibere & ab eo qui iam cepit extorquere: & omnino impedire eos qui dominari uolunt: & cunctos mortales in libertatem esse asserere. Itaque nequaquam uult: nec est consilium: ut suis temporibus imminet libertas uestra non ignaue istaque quidem: nec uane coniectans. Primum igitur ista de causa credendum est: ipsum esse hostem rei. publicae ac libertatis nostrae implacabilem. Hec nisi uobis persuaderitis: nunquam uoletis rebus uestris consulere.

Secundo intelligere debetis: cuncta quae nunc agit atque molitur: aduersus urbem uestram ipsum moliri: et ubi cunquam quis eidem resistit illic negotium agi uestrum.

Neque enim est quisquam usque adeo demens: ut existimare debeat thraciae quidem uesperes: nam quo alio nomine quis appellat drongylum & cauilam et massaram & cetera huiusmodi que nunc capessat optare: ac ut illis potiat: hiemes & labores tolerare & extrema pericula subire: portus uero athenarum & naualia et triremes et argentea opera & amplissimos redditus non optare: sed haec quidem relicturum esse uobis: promelinis autem & elyris in thraciae rupibus baratroque hiemare non est

ita : sed et illa et cetera omnia facit ut hec adipiscatur
 Quid igitur agant prudentes uiri quibus ista perspecta
 atq; cognita sunt : Primo hanc nimiam et nullo modo
 ferendam negligentiam deponere : pecunias conferre so-
 cio cohortari et ut maneat atq; conseruetur : hic iam pa-
 ratul exatul providere . Ut quemadmodum illi parate
 sunt copiz adiniuriam inferendam euertendamq; gre-
 cie libertatem : sic uos ad salutem et tutelam omniu3
 paratal copias habeatis . Neq; enim auxiliis conuocatis
 quicq; suo tempore fieri pot : sed instructas & preparata
 ee copias oportet : usq; stipendium dare : questores publi-
 col diligere : & pecuniaz quidem rationem exigere a
 questoribus : re3 aut gestaz apretore : Hec si uos faci-
 etis / aut pacem uere agere cogitis philippum : & re-
 bus suis contentum esse : quo nihil potest ee melius :
 aut certe bellum agitis ex equo : Quod si quis est cui hec
 sumptu & labore plena uideantur : rectissime quidem
 iudicat : sed si consideret quid rei p. euenturum sit si
 ista omittantur : reperiet conducere : ut sponte nostra
 ea faciamus . Nam si fideiussor nobis foret quispiam deu-
 neq; enim quisq; hominum eet idoneus ad hoc promitte-
 dum : si uos quietem agatis omnia q; philippo pmutatis
 tandem contra uos illum nullo modo ee uenturum : h3
 id turpe eet / & alienum a uestra ac maior3 uestraz di-
 gnitate : proprie quietis gratia ceteros grecos omnes in-
 seruitutem permittere : & ego mori me malim q; ea dice-
 attamen si alius dicat / persua deatq; uobis : fiat : non re-
 pugnetis / omnia pmutatis : Si uo omnib3 contra uidet :

et quanto plura capere illum sinemus: tanto duriores
& potentiores habebimus hostem: quid simulamus: aut
quid expectamus: aut quando iuri athenienses digna rei
p. facere uolemus. an tunc cum erit necessitas: certe que
liberorum hominum putanda necessitas est: ea non solum a
dest: sed iam pridem affuit: seruorum autem necessitas ue
nobis eueniat deprecandum est. Est enim liberorum
quidem hominum summa necessitas pudor: nec scio an
maior quoniam esse possit. Seruorum autem uerbera et corpo
ris plage: que nec memoratu in liberis digna sunt: li
benter inceteris quoque ostenderem quemadmodum ple
uique uestrum decipiantur: alia tamen omittam. Sed quod
uens philippi mentionem quae facit continuo assurgens aliquid
pacem agendam esse dixit: & belli sumptus difficultatesque
enarrat: id agere: quosdam ut pecunias diripere possint
et cetera huiusmodi uerba ex quibus uos quidem differ
re cogunt: illi non facultatem prestant ea que cupit ex
equendi. Ex quo fit ut uos nihil agatis quod uereor ne
aliquando putetis nimium fuisse: ipsi non gratiam ac mer
cedem acquirant. Ego arbitror uobis quidem pacem nullo
modo esse suadendam: qui iam pridem in eam sententiam
animati estis: sed illi qui uobis bellum inferit: nisi ipsi
persuasiui fuerit: uos paratos uideo: esse autem gratia exi
stimanda non que pro tutela rei. p. ouera subimus: sed quae
perpetui necesse fuerit: si hec non subeamus: & ne pecu
niae diripiantur: custodem esse querendum: qui id fieri
prohibeat: non eo pretextu a rebus agendis tutandaque re
p. desistendum. At qui equidem indigne fero iuri athe

mensis si rapina pecuniarum aliquos mouet: qualis et custodi-
re ne rapiantur: & raptores supplicio afficere potestis: phi-
lippus autem totam greciam rapies & quidem incertus ne-
stias rapiens non mouet. Quid igitur cause est ouiri atheni-
enses cur illum qui ita palam exercitum ducat: atque urbes in-
uadat nemo istorum unquam dicat iniuria facere aut bellum
inferre: qui uero ista prohibent: & ne huiusmodi res sibi
permittantur student: eos bellum facere affirmant: ego
docebo. Ira quam suscipe pro illato bello uos decet in eos
conuertere: student qui uobis recte consultant ut omnia
resistendi cura illos persequamini. Acculant pretereane pe-
nas dent ipsi: & hoc efficiunt cum auint: uelle quosdam
suscitare bellum: & huius rei disceptationem inducant.

Ego autem certe scio et alia multa philippum ex uestris occu-
passe nomine nostrum suadente bellum: & nunc in car-
dianos auxilia misisse. Quare si ipsi simulare uolumus
bellum uobis non inferri. stultissimus esset si hanc simu-
lationem nostram redarguere curaret: sed per deos im-
mortales cum ipsos nos inuadet quid dicemus: an ne-
tunc quidem bellum inferri nobis: quemadmodum nec
oretis cum milites essent in eorum agro neque phereis ante
quam memia aggrediretur: nec olynthus antequam ipsorum
in agro cum exercitu fuisset. An etiam tunc qui resiste-
dum censebunt bellum suscitare dicemus: Ergo reliqu-
um est ut seruiamus: nihil enim est medium: si nec re-
sistere nec quietem agere permittatur. Atqui non paruo
bis ac reliquis periculum est: neque enim huic urbi do-
minari uult sed penitus eam euertere: scit enim uos

uire nullo modo uelle: nec si cupiat id posse domi-
nari enim consueuistis: molestias eidem prebere si
tempus nanciscamini / ultra omnes homines potestis
credendum est igitur de uita & sanguine esse hoc certa
men / et pecunia accepta se se illi addixerunt: eos odi-
ose et summo supplicio afficere oportet. Non possunt
in q̄ supari externi hostes: nisi prius intestini atq̄ dome-
stici opprimantur. Vnde enim putatis ipsum tam con-
tumeliose nos despiciere & apte nobis minari: cum ce-
teros omnes simulatione caritatis benignitatisq̄ decepe-
rit: ueluti thessalios quos donando atq̄ subleuando in-
fuitutem induxit: nec dici quidem posset quantis lar-
gitionibus et potydeæ concessione miseris olynthios de-
ceperit: thebanos nunc eodem modo capit / auxilia q̄
mittendo: & grauissimo atq̄ maximo bello liberando.
Atq̄ ita omnes eiusmodi beneficiis acceptis partim iam p-
pelli sunt que nos samus: partim quicq̄ eueniat aliqui-
do patientur. Vobis aut̄ quid ille abstulerit omitto.
Verz in ipsa pace q̄ magnifice uos decepit: quot amisi-
stis: nunquid phocenses: nun pylas: nun in thracia
deriscon & ferrion & cerisoblethen ipsum: non urbem
nunc cepit cardianoy: & se habere illam fatetur: Cur
tandem ita cum ceteris & non uobiscum eodem modo
agit: quia in hac sola ciuitate pro hostibus uerba facere:
& apte fauere eis licet. & qui pecuniam accepit uerba
impune facit: etiam si iactura uestraz rez sequatur.
Non erat tutum in olyntho pro philippo dicere priusq̄ oly-
thi beneficia consequerentur potydeæ concessa. Non erat

tutum dicere in thessalia pro philippo ante q̄ philippi
 tyrannos eorum deposuiss; : pyleamq; restituis; . Non erat
 tutum in thebis : priusq̄ boetiam thebanis daret : pho-
 censeseq; euerteteret . Athenis uō non solum amphipoli
 & cardianoy. agro p̄ philippum occupatis : sed etiam
 euboia contra menia nostra quasi oppugnaculo instru-
 da : bizantio q; tentato . tutum est dicere pro philippo .

E
 nim uō ex us fautorib; cum paupes eēnt quidam re-
 pente sunt diuites facti : & ex ignobilibus atq; obscuris
 nobiles atq; clari . Vos contra uiri athenienses ex clari
 obscuri ex diuitib; egeni . Ciuitatis enim diuitias esse re-
 or socios / auctoritatem / beniuolentiam / quib; omni-
 iam caretis . Ex hac uō negligentia atq; incuria nostra
 ille magnus beatusq; euasit : omnib; grecis : barbarisq;
 metuendus : uos destituti & abiecti abundantia reruz
 uenaliū splendidi apparatu belli contemnendi . Non
 eodem modo de uobis ac de se ipsis quosdam iudicare
 uideo : uobis enim quietem agendum censent et sim
 iuria lacessitis . Ipsi uō quieti apud uos eē non possunt
 nemine aduersus eos iniuriam inferente . deinde aiūt
 pleriq; me nolle scribere nec periculum appetere : sed
 timidum esse atq; mollem . Ego uō ferus & impudens
 nec sum nec esse uelim : fortiozem tamen me ipsum pu-
 to q̄ eos qui impudentissime in rep. uersantur . Nam
 qui commodis rei . p. posthabitis populum blande am-
 plectitur : iudicat : largitur : accusat : nulla formidine
 hoc agit : sed habet pignus quodammodo impunitati
 quod ad uoluptatem uerba facit : & sine ullo periculo

No

No
suo populariter rem gerit .p. Qui uō pro utilitate rei .p.
uestris cupiditatibus se opponit : nec blanditus uos aggre-
ditur & huiusmodi partes rei .p. suscipit in quibus plus
fortuna potest q̄ ratio : nec tamen recusat quominus se uo-
bis obnoxium pro utraq̄ prestat : is fortis est atq̄ utilis ci-
uis non ii qui priuatam parui temporis grām / maximi
rei .p. cōmodis anteponunt : quos tantum abest ut admi-
rer aut dignos ac ciuitate putem eē ciues : ut si quis ame-
petat quid unq̄ memoratu dignum in re .p. ediderim /
cum prefecturas classium : ludoy apparatus : cū petun-
ay contributiones et redemptiones captiuoy & alia hu-
iusmodi beneficia referre mihi liceret : nihil horū sim
dicturus : sed illud dum taxat nihil simile illis ullo tem-
pore me gessisse : Sed cum fortasse non minus q̄ ceteri &
accusare & aduoluptatē loqui et plebem amplexari quē
admodum isti faciunt : ipse quoq̄ possem : nec lucro / nec
ambitione : ut tale aliquid facerem adduci unq̄ potui .
V erū ea semp dico ex quibus ip̄e quidem multominus q̄ ce-
teri apud uos possum : uos aut si mihi assentiamini longe
plus q̄ ceteri possētis : Nec mihi uidetur eē boni ciuis eius-
modi res ad rem .p. deferre : ex quibus ip̄e p̄mus uestrum
fiat uos extremi ceteroy . Sed omne studium ponendū
est . in re .p. augenda : & nō quid facillimum sit : sed quid
optimum querendum . Ad illud enim natura ad hoc ratio
ip̄a duat . At quempiam audiri qui diceret me optima
quidem semp monere . ceterum nihil in me eē p̄f̄ uer-
ba . rem .p. factis indigere / ad hoc respondere uolo : nec q̄
sentiam occultabo . Non puto eē ciuis qui consultat opus

ullum nisi ut optima suadeat: quo^d uno exemplo facili-
 ter ostendam. Thimoteus ille uobis aliquando suasisit
 ut auxilium in cuboiam mitteretis: cum cum locum the-
 bani inuasissent atq; in huiusmodi ferme sententia locu-
 tus est. Consultatis ouiri atthemenses quid facto opus sit
 cum thebanos in insula habeatis: non fretum nauibus im-
 pletis: non iam surgentes in pyceum prope statit: nō con-
 festim naues deducitis. Dixit thimoteus igitur hec: fe-
 cistis aut uos: fuitq; utriusq; opus: Quod si ipse quidem
 dixisset: uos autē p̄ negligentiam non paruissetis: nihil
 eorū tunc gestum fuisset / eodem itaq; modo facta nunc
 a uobis ipsis: peritiam dicendi et bene consulendi ab eo
 qui apud uos dicat requiratis. In summa uis que dixi re-
 petitis descendere uolo: pecunias conferendas esse censeo
 paratas copias retinendas. Corrigendum siquid nō bene-
 fiat: non eo pretexto a cura rei p̄. desistendum. Lega-
 tos preterea mittendos qui doceant & admoneant om̄s:
 faciantq; ut expedire uideatur. Hos insup qui pecunia
 corrupti sunt / puniendos atq; detestandos esse dico.
 Vt ii qui benefacere cupiunt & sibi ipsis & aliis cōsulē
 possint. Que si facietis & ab hac negligentia desistetis:
 forsalle etiam nunc rem corrigere atq; emendare pote-
 ritis. Sin autē sedebitis criminantes atq; laudantes
 dum taxat: & siquid facto opus est differentes nō ui-
 deo rationemq; absq; eo quod oportuna faciatis ser-
 uare rem. pu. possitis;

ESCHINIS ORATIO CONTRA THESI
PHONTEM.



VANTI conatus parentur viri athenien-
ses ad hoc iudicium oppugnandū. quantisq;
precibus nitantur quidam circa forum. ne
iusta et consueta in ciuitate fiant. uideatis.
Ego autem consilius uenio primum dis. secundū legibus
et uobis. persuadens mihi nullius conatum plus ualitu-
rum esse quā iura et leges. Vellem igitur athenienses ut se-
natus et contiones ab iis qui president recte admini-
strarentur. ut quae leges quas tulit solon de oratorū hone-
state seruarentur. ut liceret primum utiq; antiquissi-
mo omnium ciuū quemadmodum iura praecipunt
modeste pulpitu adeunt. sine tumultu et turba ex-
rez. usu atq; experientia que utilia forent rei publice
consulere. Deinde ab reliquis ciuibus pro ut cuiusq; e-
tas exigit sententię dicerentur. Sic equidem arbitror
ciuitas recte gubernaretur. nec multum iudicis egere-
mus. Sed quoniam cuncta illa que bene ac laudabiliter
hactenus instituta uidebantur. nunc defluxere. ac de-
cernunt quidam facilliter contra leges. & alii haec ipsa
decreta confirmant non debito modo prerogatiuam
sortiri. sed ex composito assidentes. et si quis aliorum
presit ac sententias rite dici uelit. huic qui rem. pu-
non amplius communem sed propriam putant. mi-
nitantur. iudicia dissoluerunt. sententias ex conten-
tione iudicant. silet uox illa preconis honestissima.
quis consulere uult ex iis qui supra quinquagesimū

sint annum : et rursus ex aliis gradatim ciuibus ora-
torum impudentia : neq. leges : neq. magistratus /
neq. tribus prerogatiuam habent : neq. tribules ipsi
cohercere iam possunt : His ita se habentibus una reliq̄
est rei . p. pars : siquid ego intelligo iudicia eorū qui cō-
tra leges scribunt : quam si uos nunc dissoluetis uiri
athenienses : uel dissoluentibus assentiemini / predico
uobis aperte nullam uos amplius rem . p. habituros.

Sicut enim uiri athenienses administrandarum ciuita-
tum tres eē modos : nam aut tyrannus ciuitatem oc-
cupat : aut potentes aliqui : aut populus eam obtinē-
C um tyrannus aut potens dominatur : cuncta ex eorū
arbitrio uoluntate q̄ geruntur . Cum uō populus ob-
tinet : tunc leges ualent . Nullus ergo uestrum ignorā
quotiens de us qui contra leges scribunt iudicatur / to-
tiens de libertate uestra iudicari . Quam obrem in eo iu-
reiurando quod iudices prestant primo loco positum
est secundum leges sententiam dicturos . Vidit enim
Legum lator quotiens leges in ciuitate seruantur : to-
tiens & libertatem seruari : quorū memores odisse debe-
tis eos qui contra leges scribunt : nec quicq̄ tale cōmis-
sum parupendere : nec obliuē gratiam ab huius iudi-
cā seueritate recedere . Non pretorū qui iam pridem
quibusdam oratoribus additi . r. p. euerterunt non
hospitum quorū preces colligunt quidam ad iudicia
euitanda : sed quemadmodum in bello quisq. uestrum
Locum sibi cōmissum deserere erubesceret . Sic nunc
eam partem rei . p. cuius custodia uobis hodie cōmissa

No

Camp

est: non deseratis. Considerare enim debetis: cives ue-
stros uobis hodie rem . pu. credidisse & alios adesse &
intueri hoc iudicium: alios abuisse ad negocia obeunda
quos ueriti ac iurisiurandi: & legum memores si ostende-
mus Cthesiphontem et contraria legibus et mendacia et
inutilia rei . p. decreuisse: rescindite huiusmodi decreta
conseruate libertatem: compescite eos qui contra leges
et contra utilitatem rem . p. gerunt: Quod si ita amina-
ti ea que dicuntur audire uoletis: aperte scio nos et iu-
stam et piam et utilem uobis ipsis et huic populo sente-
tiam laturus. De iniuersa igitur accusatione: mediocriter
mihi dixisse uideor: de legibus aut contra quas Cthesip-
hon scripsit pauca dicere uolo. Superioribus quidem
temporibus gerentes quidem amplissimos magistratus
et pecunias publicas tractantes suis largitionibus effici-
ebant: ut in senatu et apud populum a oratoribus lauda-
rentur: coronasq; et commendationes publice haberent
I taq; postea cum ratio administratorum ab eis reposceretur
tam accusatores q; iudices in summam difficultatem abdu-
cebantur: multis q; nimanifesto furto deprehensis contem-
gebat absolui: nec immerito. Absurdum enim puta-
batur quid eundem hominem in eadem urbe ac eodez
forte anno reperiri: primum a populo iustitie ac uirtutis
gratia coronatum: deinde paulo post in iudicio furti
damnatum. Quare ii qui iudicabant non de proposito
crimine: sed de uerecundia populi sententiam ferre
cogebantur. Hec igitur legum lator contemplanis
Legem tulit & in unum quidem optimam: neminem.

coronari licere: qui ob magistratum gestum reddendis ra-
 tionibus obnoxius eēt: Sed licet iis cum omni diligentia
 a latore legum prescriptis: tamen repeririuntur contra
 hæc rationes quedam: qualis nisi quis uobis exponat fa-
 cilliter deciperemini. Sunt enim qui in eiusmodi decre-
 tis mediocritatem quandam sequuntur: siquid medio-
 cre potest esse: in iis que contra leges fiunt. Attamen
 sunt aliqui qui ita moderantur sententiam suam ut a-
 diçant: tunc demum fore coronandos cum rationem
 reddiderint: & ciuitas quidem eodem modo iniuriam
 patitur: nam anticipatur laudibus et coronis examen
 de eis futurum: illud dum taxat interest: quod in illa
 adiectione pudor & modestia quedam scribentis osten-
 ditur. Ctesiphon autem iste: leges conculcans: nec ul-
 tum honestatis uelamentum opponens: ante q̄ rationes
 redderentur: ante q̄ examen subiretur: in magistratu
 adhuc constitutum coronari demosthenem scripsit. Di-
 cent contra hæc alio modo: afferentes: quotiens electus
 quis ex decreto quicq̄ gerat: non eēt eum magistratum
 sed procuracionem ac ministerium quoddam. Magistra-
 tus autem eos esse qui ex sortitione publica geruntur:
 & qui suffragiis populi creantur: ut pretores: ut prefecti
 equitum: ut alii deinceps magistratus. Alia nō cuncta
 procuraciones eēt et opera ex decretis commissa. Aduer-
 sus ista ego legem afferam quam uos athenienses uelut
 ex proposito tulistis: adhuiusmodi cauillationes propel-
 lendas in qua scriptum est: omnes magistratus iudicio
 populi creatos & prefectos publicis operibus. Est aut̄

demosthenes publico murorum operi prefectus et omnes
qui tractant aliquid publicum supra triginta dies: et q
iudiciorum potestatem accipiunt omnes autem qui publi
cis operibus presunt iudiciorum potestate fruuntur non
enim sub esse sed preesse iudicium Lex iubet. Nam et q
ex sorte proueniunt magistratus non obscuri sed clari
sunt: eos q rationibus reddendis obnoxios que admo
dum alios magistratus Lex facit. Quod autem uera dico
Leges ipse uobis ostendent. Recita Leges. LEGES.
Quando igitur uiri athenienses: quos Lator Legis magi
stratus appellat isti procuratores & ministeria uocata
bunt: uestrum erit opus meminisse: & aduersus eorum
impudentiam legem opponere: eisq ostendere non
esse locum apud uos sophiste astuto uerborum cauillationi
bus Leges auertere annitenti. Sed quanto quis eloque
tior est: tanto si contra leges dicat: maiori odio di
gnum putari oportet. Debet enim uiri athenienses una
et eadem esse uox oratoris et legis. Cum autem aliaz
lex aliam orator uocem emittit: Legi assentiendum est:
non impudentis dicentis. Ad illud autem qd demosthe
nes uelut fortissimum iactabit pauca dicere: uolo. di
cet enim prefectus operi murorum furti fateor. sed
ego centum milia rei. p. largitus sum: & opus maius est
factum. Quid ergo reddendis rationibus obnoxius su
m. si forte proprie liberalitatis rationem quis reddere ob
noxius est. Adhuc uidetis q iuste respondeam in
hac tam magna tamq uetusta urbe nemo non obnoxio
sus est: qui quoquo modo ad rem pu. se contulerit.

Docebo autem primo in his que quis minime putaret
 Sacerdotes tam mares q̄ feminas obnoxios esse lex iu-
 bet: nec singulos solum uerum etiam uniuersos: ut eu-
 molpidas caduceatores et alios omnes / Rursus prefectos
 nauium lex obnoxios facit: non publicas tractantes pecu-
 nias: nec uestros redditus ministrantes sed patrimoniuz
 suum prouobis liberaliter consumentes: nec solum pre-
 fecti nauium: sed maximum omnium collegiorum cal-
 culis iudicium subiatur. Nam et consilium ariopagi
 apud rationales scribi lex iubet. et examen uestrum subi-
 re / Non ergo coronabitur quis ex ariopagi consilio: nec
 patrium illis est: nec adfectant id quidem: nec satis
 esse putant si apud eos quis iniuriam non fecerit: sed
 si delinquat penis afficiunt: At nostri oratores nimia
 licentia exultant / rursus consilium quingentoz obno-
 xium facit legis lator: atq; ita obnoxius diffidit: ut
 qui reddendis rationibus obnoxius sit absentem fieri
 prohibeat: Diu boni dicet quispiam. An quia magistra-
 tum gessi urbem exire potero: ita ne pecunias publicas
 subtractis fuga utaris / insuper eius patrimonium q̄
 obnoxius sit: dedicari: aut offerri: aut alienari uetat.
 Deniq; ut uno uerbo comprehendam substantias eorum
 qui obnoxii sunt: non liberas sed obligatos legis lator
 uoluit quo ad rationem reddiderint: At est aliquis q̄
 indignitate constitutus neq; tetigit quicq; ex publico nō
 consumpsit: an ergo rationem is reddet: ita: Dicit. 11.
 Lex hunc scribere debere: se nec accepisse quicq; ex
 publico neq; consumpsisse sine calculo aut: et sine

examine nihil relinquatur qđ ad rem .p. spectet . Qđ
 autem uera dico Leges ipsas audite . LEGES / Cum er-
 go iactabit se demosthenes in uerbis : asserens propter il-
 la que sup laigitus est obnoxium non eē illud ei subi-
 cite / At oportebat te demosthenes sincere patrium illud
 et legitimum preconiū apud rationales fieri quis accu-
 sare uult . Permite ut is qui uelit ex quibus tecum di-
 sceret : quod ex multis que ab re .p. habet pauca inu-
 roy confessionē expendisti / Noli hunc honorem pre-
 ripere . Noli de manibus iudicum calulos extorquere :
 nec ante Leges incedas : sed post eas sequaris / Hoc enim
 popularis status ciuitatis efflagitat . Aduersus itaq; ca-
 uillationes quibus isti utentur : huc usq; mihi responsus
 sit / Quod autem tunc obnoxius erat demosthenes cum
 iste coronam ei decernit : quodq; per id tempus specta-
 culoy & inuroy faciendoy prefectus erat : nec aliuul
 eoy magistratum rationem reddiderat : hoc ex publi-
 cis litteris docere conabor . Lege mihi sub quo pretore : &
 quo mense : & qua die : & qua contione demosthenes crea-
 tus est spectaculoy curator : ut uideatis in medio magistra-
 tu decretam sibi a cthesiphonte coronam . Lege COMPV-
 TVS DIERVM : Egitur si nihil ultra hoc ostende-
 rem iuste cthesiphon damnaretur . Capiunt enim ip-
 sum non accusatio mea : sed publice litere . Primum
 quidem uiri athenienses computator eligi publice con-
 fuerunt : qui redditus ciuitatis per singulos magistratus po-
 pulo resignabat . Deinde propter fidem eubolo habitas
 qui spectaculis preerant ante legem agemonis compū-

tatoris : officium potestatemq; exequabantur : idem et nau-
 ualium curam gerebant & siquid opus q; erat ad eam
 rem edificabant . Erant preterea uiaꝝ curatores : & fere
 uniuersam ciuitatis administrationem habebant / nec
 reprehendens ista dico : neq; increpans / sed illud ostendē
 uolens : quod legis lator siquis pro uno minimo magistra-
 tu obnoxius sit cum ante rationem redditam coronari ue-
 tat / Demosthenem uō omēs simul magistratus athenis geren-
 ti non formidauit cthesiphon coronam decernere : Quod
 autē & muris faciendis prefectus erat demosthenes : cum
 hic huiusmodi decretum de eo perscripsit : quodq; publi-
 cas tractauit pecunias & iudicioꝝ potestatem acceperat
ipm demosthenem & cthesiphontem testes uobis ad-
 ducam . Cheronda enim pretore : secunda die februā
 exeuntis : cum haberetur contio : scripsit demosthenes
 in ea contione conuocandas ēē tribus ad tertiam decimā
 diem martii : utq; singule tribus curatores eligerent ad
 opus muroꝝ : utq; super ea re questores crearentur : &
 recte id quidem ut essent a quibus rationem ciuitas re-
 posceret / Recita mihi illa decreta . DECRETA . Ita
 sed reclamabit demosthenes : statimq; contendet : se nō
 ex sortitione : neq; suffragio populi creatum . & de hoc
 tam ipse q̄ cthesiphon multa facient uerba . Ego autē
 probationem afferam breuem et dilucidam & istorū
 artes funditus euertentem : cuius gratia pauca premit-
 tam . Sunt enim uiri athenienses magistratum spe-
 cies tres . Vna eorū qui sortitione uel suffragio populi
 creantur . Secunda eorū qui aliquid publice administrat

supra .xxx. dies : & eorū qui prefecti sunt publicis
operibus . Tertia in lege exprimitur : & si qui alii e-
lecti iudiciorū potestatem accipiant . Cum ergo excipit
quis ex suffragio atq; sortitione creatos restat quos tri-
bus eligunt ad publicas pecunias pertractandas eos esse
electos magistratus . Hoc autē fit quotiens ut nunc a
liquid tribubus cōmittitur ueluti uallum facere aut
naues . Quod autē uera dico ab ipsis legibus intelligetis
LEGES . Mementote igitur eorū que supra dicta sūt .
Lex a tribubus magistratum eligi statuit : & iudiciorum
potestatem habere : Pandionis uero tribus demosthenes
elegit admirorum opus cuius gratia paulo minus q̄
decem talenta ex publico accepit . Altera lex uetat ob-
noxium coronari : uos iudicari secundum Leges iurati
estis . Cthesiphon scripsit decretum ut obnoxius corona-
retur : nec adiunxit cum rationem reddiderit . Ego cō-
tra leges hęc esse scripta ostendi : Leges decreta & testimo-
nia ipsorū aduersariorū adducens . Quomodo igitur ma-
nifestius quis conuinci potest : Quod autē & preconium
ipsius corone contra Leges fieri decretum est hoc iam
ostendam . Lex manifeste iubet si quis a senatu coronetū
in senatu preconium fieri : si a populo in contione : alibi
uero nusq̄ . Recita mihi Legem ipsam . LEX . Hęc lex
uiri athenienses summam habet honestatem : non
enim putauit Legis Lator oratorem ad exteros gloria-
ri oportere : sed satis esse si in sua ciuitate honore poti-
atur : nec multum in preconiis iactari . Legis Lator ita
cthesiphon autē quomodo recita eius decretum . DE

CRETVM. Audite uiri athenienses: Lex iubet apud
pnycem in contione preconium fieri si quis a populo coro-
netur: alibi autem nusquam. Ctesiphon uero in theatro non
Leges solum transgrediens: uerum etiam locum transmu-
tans: nec in contione populi: sed in certamine trage-
diarum nouarum: nec in conspectu atheniensium sed in con-
spectu grecorum: ut uideant scilicet qualem uirum ho-
noramus. Hic ergo qui sic manifesto contra leges scripsit
una cum demosthene resistens: artificiose uos decipe-
conabuntur: quorum astutias iam uobis aperiam. Isti enim
non prohiberi a legibus de eo qui a populo coronetur
extra contionem preconium fieri: nunquam ostendere pote-
runt. Adducent tamen dyonificam Legem: & recitabunt
partem aliquam nihil ad hoc iudicium pertinentem
asserentes duas esse Leges scriptas circa preconia corona-
rum. Vnam quam modo recitavi aperte extra contio-
nem fieri prohibentem alteram huic contrariam: que
tragediis fieri licentiam prestat: secundum itaque hanc
ultimam Legem dicunt ctesiphontem scripsisse. Ego
autem contra istorum artes Leges uestras producam quas
in tota hac causa diligentissime prosequor. Nam si hoc
uerum est: et hic mos ciuitatem uestram irrepsit ut in
ualide Leges simul cum ualidis scripte reperiantur
et due de eadem re sibi ipsis contrarie: quatenus am-
plius ciuitas ista putanda est: in qua Leges idem fieri
iubeant atque uentent. Sed non est ita uiri athenienses:
nec uos unquam tantam confusionem uestrarum Legum
procellistis: nec ista pars rei. p. a uobis neglecta est:

sed per singulos annos diligentissime per uiros prudentes
ad hoc pro populum deputatos. examen de legibus habetur:
& si qua lex contraria alteri legi uel abrogata inter uali-
das scripta reperitur: aut si de eadem re plures sint
leges: ita uis describere eas iubentur: & ad populum
referre: atque ita per suffragia alias tolli leges: alias relin-
qui: ut sic de quaque re una sit uobis Lex et non plures.
Recita leges secundum quas ista fiunt. LEGES. Si igitur
due forent leges de preconiis faciendis: altera iam ex ne-
cessitate abolita fuisset: sed cum nihil horum factum sit:
manifeste apparet eos non solum falsa dicere: uerum etiam
impossibilia. Unde autem hoc mendacium sumant: ego
uobis dicam: pauca premitte. Cum fierent certamina
tragediarum in urbe: preconia in illis fieri consueuerat: non
ex populi decretis: sed alii a tribubus suis: alii ab aliis pri-
uatum coronabantur. Erant qui seruos manumittebant
in conspectu totius multitudinis: sed quod erat grauissi-
mum hospitalitates & clientelas ciuitatum nati quidam
agebant: ut certaminibus ipsis preconia celebrarentur:
quod a chiis aut rhodis: aut ab alia quadam ciuitate
uirtutis gratia coronabantur. Ex hoc autem fiebat ut ludi
impedirentur: & ii qui eo modo coronabantur plus
honoris acciperent quam si ex decretis nostris coronati fuisset.
Nam ex populi decreto coronatis: in contione nec alibi
pronuntiari licebat: De his autem in conspectu omnium
græcorum preconia fiebant: huius gratia lata est Lex:
nihil preueniens ad eos qui a populo coronantur: neque eam
Legem dissoluens: neque illi contraria: sed ad eos qui a

tribubus / uel hospitibus aut clientibus coronantur : et ad eos qui seruos manumittunt / hec lex manifeste statuit nec manumissionem fieri in theatro : nec attribubus / aut ab alio quocumq; coronatum pronuntiarı : & si contra fiat / penam aduersus preconem imponit / Cuz igitur ostendat lex eos qui a senatu coronantur in senatu pronuntianturı debere : eos aut qui a populo in contione : de illis uo qui attribubus coronantur in theatro preconia fieri uetet : ne dedita opera coronas & falsas commendationes procurent : & adiungatur in lege neq; ab alio preconium fieri posse absente senatu et populo ac tribubus / cum hec exapiantur quid reliquuz est preter hospitalitas clientias q; coronas / Quod aut uera dico magnum uobis argumentum adducam . Ipsam namq; auream coronam de qua in theatro preconium fit sacram esse palladi lex iubet : & ab eo qui coronatus sit eam auferat . At qui quis uestrum auderet tantam illiberalitatem athenensis populi arbitrari / Nedum enim ciuitas / sed ne priuatus quisq; ita ingenerosus reperiretur : ut quam ipse donasset coronam / simulatq; preconium fecerit eam auferret / dısq; sacaret .

Sed puto quod hospitalitas erat corona / consecratione esse repertam : ne quis externam beniuolentiam patrie anteponeus deterioris mentis animiq; euadat .

At coronam illam de qua in contione preconium fit ne nemo consecrat : sed habere eam licet : ut non solum ipse sed posterı eius monumentum doni habentes a caritate & beniuolentia populi nunq; discedant .

et ob hoc adiunctum est in lege: ne de aliena corona
in theatro preconium fiat preterquam si populus decreuerit:
ut si qua ciuitas uelit aliquem decuribus nostris co-
rona donare: missis huc legatis a populo hoc petat:
ut is qui coronetur plus uobis qui preconium fieri
permisistis quam coronantibus istis se debere existimet.
Quod autem uera dico leges ipsas audite. LEGES.
Quando igitur isti uos decipere uolentes: dicent ad-
scriptum esse in lege Licere preconium fieri si popu-
lus decernat: mementote illis subicere: ita si ciuitas
alia te coronet. At si populus atheniensis hoc faciat
Locus ostensus est ubi fieri debeat. Vetat enim Lex
extra contionem preconium fieri cum dicit: alibi au-
tem nusquam. Tota die quam longa est licet dicas: nusquam o-
stendere poteris te secundum leges scripsisse. Restat
mibi accusationis pars ad quam maxime propero:
hec est causa illa ob quam corona dignum censet. Di-
cit enim in decreto suo preconem pronuntiare in the-
atro ad grecos quod coronat ipsum atheniensis popu-
lus ob probitatem atque uirtutem et precipue quia per-
seuerat dicere & facere optima ipsi populo. Simplex
omnino post hac mihi sermo erit et uobis audientibus
iudicare perfacilis. oportet enim me utique accusatore
uobis ostendere has demosthenis laudes esse menda-
ces: quod nec incepit dicere optima: neque nunc per-
seuerat utilia populo facere: et si hoc ostendero iuste
thesiphon condemnabitur. Omnes uetant leges fal-
sas litteras in publicis scribi decretis: aductario autem

contra ostendendum est. Vos autē nobis iudices exi-
 stitis. Sic res est. Ego utam quidem demosthenis sin-
 gularim prosequi: longioris narrationis opus esse existi-
 mo. Quid enim nunc quis narret: aut que sibi euene-
 runt in illo iudicio de uulnere: cum demometum ne-
 potem suum apud ario pagitas detulit: et tonsuram
 capitis: aut militiam eius apud cepsidotum: ac nau-
 gationem in bellefontum: quando unus ex prefectis de-
 mosthenes pretorem suum paternum amicum: quem
 in nauis portauerat: & cum quo mensa simul et sacri-
 ficia communia sibi fuerant: non ueritus est capitali iu-
 dicio accusare. Aut midie accusationem & alapas quā
 in orchestra accepit: quodq; postea contumeliam ipaz
 & populi preiudicium qui contra midiam decreuerat
 pro triginta minis uendidit & dimisit: hęc et illi similia
 transeunda mihi reor: non prodiens quidem uos: neq;
 certamen effugiens: sed illud ueritus ne mihi contingat
 uera quidem dicere uideri: uetusta tamen et nimium
 uulgaria. Atqui othesiphon cuius turpissima cri-
 mina ita clara sunt et manifesta auditoribus ut acu-
 sator ea narrando non falsa dicere: sed antiqua et ni-
 mium nota cōmemorare uideatur: utrum hic auro
 coronandus est: uel contumelia afficiendus: Ac te mē-
 daia et contra leges scribere ausum: utrum iudices
 aspernari uel penas dare ciuitati oportet: Priuatim
 itaq; omissis de illis que in re. p. patratul est clare
 dicere aggrediar. Audio enim ipsum quando sibi
 dicendi locus euenerit: res gestas suas in tria tēpora

esse diuisurum. Quorum unum et primum ut audio
computat illud tempus in quo contra philippum pro am-
phipoli bellum gessimus. hoc autem tempus pace et so-
cietate illa diffinit cuius philocrates auctor fuit; et iste
simul cum illo ut ego ostendam. / Secundum tempus esse
dicit cum in pace fuimus usque ad eam diem uidelicet in qua
idem ipse orator pacem ciuitatis dissoluit et bellum de-
creuit. Tertium est tempus ipsius belli usque ad cala-
mitatem in cheronia acceptam. Quartum est presens et
tempus / hec dinumerans ut audio me compellaturus est
ac petiturus quod nam horum temporum accusem et quando
ipsum in re publica non optime uersatum esse dicam / ac nisi
respondeam sed inuolutus abeam se reuelaturum esse dicit
& ad suggestum reducturum / coacturumque ut sibi respon-
deam. Ne igitur uirtutis demosthenes iam tibi respon-
debo in conspectu iudicium: & aliorum ciuium qui circumstant
et in conspectu grecorum qui huic iudicio ad esse uoluerunt
/ uideo autem non paucos: sed quot nunquam antea publico ali-
cui iudicio affuerunt. Respondeo me omnium trium
temporum que tu diffinis: res gestas tuas accusare ac si
dii uelint et iudices equo nos audiant: et ego illa que
noua a te facta memorare ualeam probaturum me esse
confido salutis quidem nostre deos immortales causam
fuisse: & eos qui rebus ciuitatis humaniter usi sunt / ca-
lamitatum uero omnium te causam fuisse. Utar eodem
ordine quo istum audio usurum: ut primum de primo
tempore: secundum de secundo: Tertium de tertio. Quam-
tum de presentibus rebus dicam. Ac iam ad pacem re-

uertor : cuius tu una cum philocrate auctores fuistis .

¶ Vobis enim licebat anteriorem illam pacem una cum grecorum communi conuentu facere : si permisisset uos quidam legationes quas eo tempore per greciam miseratis ad communem societatem contra philippum suadendam expectare : & procedente tempore auolentibus grecis principatum accipere : Horum per demosthenem & philocratem ac per eorum corruptelas priuati fuistis .

¶ Quod si tamen forte uestrum nunc primum audienti incredibile uidetur demosthenem philocrati socium fuisse contra rem . p . pro philippo . is audire me uelle debet . Naz ueluti cum pecuniarum iam pridem expensarum sedentes rationem inspiciamus : si falsam de illis opinionem domo attulimus : tamen posito calculo nullus nostrum usque adeo peruersus est ut rationi non acquiescat : & uerum esse fateatur : sic et nunc si quis uestrum hanc opinionem habuerit : ac ea credulitate iudicium uenerit : ut putet demosthenem nunquam aliquid pro philippo una cum philocrate gessisse : quisque ita putat : neque damnat neque absoluat priusquam audierit : non equum enim sed si me breuiter illa tempora recensentem : ac decretum quod demosthenes una cum philocrate scripsit recitantiem audire uoluerit : si rationis calculus ostendet multa cum philocrate de pace et societate illa demosthenem scripsisse : ac supra modum assentatorem fuisse philippi : nec legatos expectasse : sed causam fuisse : ne antea cum grecorum communi conuentu pacem faceret . cetero lecten uero thracie regem socium atque amicum populi

Comp^o

atheniensis philippo prodidisse / si hæc uobis clare ostenda
rogabo uos mediocrem rogationem / ut mihi per deos an-
nuatis primum ^p illud tempus non bene demosthenem in
re .p. uersatum / dicam aut unde uos maxime assequi
posse existimabo. Philocrates scripsit decretum licere
philippo caduceatores & legatos huc mittere pro pace et
societate / ob hoc decretum accusatus est quod contra Le-
ges scripsisset / Venerunt iudicii tempora / Accusabat
lyanius / respondebat philocrates / Post hæc themistocle
factus est pretor / eo tempore demosthenes in consiliuz
recipitur non sortitione aliqua / sed ex composito locum
illum mercatus / ut cuncta pro philocrate ministraret /
Q uod res ipsa postea ostendit / Vicit enim aliud decretum
philocrates in quo decem legatos censebat mittendos ad
philippum / petituros ut legatos suos cum potestate
huc mitteret pro pace firmanda / horum unus erat de-
mosthenes / qui inde reuersus pacis fuit laudator / &
legatis aliis ut eam laudarent suadebat / ac solus ex
senatoribus decretum scripsit de pace firmanda / secu-
tus philocratem / nam ille facultatem dedit philippi
legatis & caduceatoribus / huc ueniendi / huc firman-
dam esse pacem cum illis qui uenerant sua sententia
decreuit / Attentione mihi opus est ad illa que sequuntur
facta sunt enim non cum ceteris legatis qui magnam
postea calumniam habuerunt ex mutatione demosthe-
nis / sed cum demosthene ipso atq; philocrate et meri-
to quidem cum simul legationes obirent / simulq; de-
creta scriberent / Primum enim data est opa ne reditu

Legatorum ad concitandas ciuitates grecie contra philippum
 a uobis missorum expectaretis ut non una cum alijs
 grecis sed priuatim pacem faceretis. deinde ut non solum
 pax sed societas etiam cum philippo nobis esset. ut
 si qui fiduciam in uestra potentia habebant. spem atque
 animum omnino deponerent. cernentes uos foris
 quidem alios ad bellum cohortari. domi autem non solum
 pacem uerum etiam societatem fecisse. Tertium ne
ceresoblectes thraeie rex includeretur in federe. neque so-
 cietatis cum philippo particeps esset. Erat enim iam
 contra illum indictus exercitus. & philippus quidem
 in hoc emendo nil turpe faciebat. ante enim pacem
 firmatam licebat ei que in rem suam forent efficere.
 sed qui uendebant. & uires ciuitatis prodibant. ma-
 gno supplicio digni sunt existimandi. Qui enim nunc
alexandri & antea philippi inimicam se profitetur de-
 mosthenes et qui hospitalitatem alexandri mihi tanquam
 probum obiectat. decretum scribit ad tempora ciuita-
 tis prodeunda. ut contio decima octaua die decembris
 haberetur. qua die erant esculapii sacra. hoc factum
 esse antea nullus memnerat. sed quam attulit causam
 huius diei. ut si absint inquit legati. populus celer-
 rime deliberare possit de legatis ad philippum mitten-
 dis. citra legatorum presentiam. Quo facto contionem
 preoccupauit & tempora nostra properando praecidit.
 ut non cum alijs grecis reuersis legatis nostris. sed
 soli pacem faceretis. Post haec uenerunt a philippo le-
 gati. nostri autem abierant ad ciuitates in philippum.

conciandas: hoc tempore aliud decretum demosthenē
obtinet: in quo scripsit: non solum de pace: sed etiam
de societate philippi ad populum referri: et hoc statim
post bachanalia decima nona die mensis: non expecta-
to reditu legatorū nostrorū. Quod autem uera dico
audite ipsa decreta. **DECRETA.** Cum ergo uiri
athenienses bachanalia petasta fuissent: contiones sibi
habite: in quarum prima lecta est sententia sociorū
cuius capita breuiter uobis expono: Primum enim
censabant solum de pace mentionem habendam: so-
cietatis autem nomen omiserant: nō obliuione: sed
quia pacem ipsam plus necessitatis quā honestatis ha-
bere existimabant. Deinde oportune obuiabant de-
mostheni corruptele censentes licere cuiusque greco-
rum intra tres menses si uelit in ea pace una cum athe-
nensibus ascribi: & conuentorū participes fieri: duo
maxima preuidentes: primum tempus trimestre sa-
tis longum grecis legationibus esse arbitrantel: Dein-
de communem grecorū beniuolentiam acquirentes:
ut si rumpentur federa non soli atque deserti bella-
re cogemur: quod postea demosthene operante e-
uenit: Quod autem uera dico ex ipsa sententia intelli-
getis. **SENTENTIA SOCIORVM.** hu-
ius sententię me suasorem fuisse confiteor: & omnes
qui in prima contione uerba fecerunt: et populus
cum hac opinione discessit: ut pax quidem fieret:
de societate autem melius foret ut taceretur: non
in medio postredie in contione aderamul hic demo-

Athenes ſuggeſtum preoccupans: nec cuiq̄ alioꝝ locuz
 relinquens dicendi: nullam utilitatem externorum
 ſermonum eẽ inquit: niſi legatis philippi idem ſua
 deatur. Nec ſequidem intelligere poſſe quenam
 pax futura ſit cum philippo: niſi inſuper ſocietate
 iungatur. Non enim oportet inquit: nam uerbi et
 quo uſus eſt memini propter inſolentiam dicentis/
 & uerbi: abrumpere ſocietatem apace: neq̄ dilatio
 nel grecoꝝ expectare: ſed aut per nos ipos bellum ge
 rere: aut ſeorſum pacem firmare: tandem q̄ anti
 patro ad ſuggeſtum uocato rogationem fecit: cuius re
 ſponſionem prius ipſum docuerat: demum ui a popu
 lo hoc extorquet ipſo quidem ſuadente philocrate aut
 decretum ſcribente. Quod autem ipſis reſtabat: cer
 ſobleten et thracie locum proditum facere: hoc etiam
 fecerunt ſexta die exeunte decembri: ante q̄ demo
 ſthenes ſecundam legationem ad recipiendum iuſu
 randum obiret. Nam hic orator qui alexandri atq̄
 philippi ſe oſorem proſitetur: hiſ in macedonia legatus
 proſectus eſt: dum liceret ſibi ne ſemel quidem proſi
 ciſci. Qui nunc macedonas deteſtari iubet: in contione
 ex compoſito ſedens conſultor cerſobleten una cum
 philocrate proditum feat. Philocrates enim decreto
 ſuo inter alia multa adſcripſit: ut iuſturandum lega
 tis philippi a legatis ſocioꝝ ea die preſtaretur. De
 moſthenes hoc ipſum decretum philocratis ſua ſenten
 tia confirmauit. Reſ primo non fuit aduerſa nam
 a cerſoblete nullus aderat legatus. Qui uero ſcripſerat

Legatos sociorum qui aderant iuramentum prestare: cer-
soblocten quia non aderat eius legatus: iureiurando
excludit. Quod autem uera dico. Lege mihi quis
hec scripsit: et quis ea confirmauit. **DECRETVM**
consultores. Preclara o uiri athenienses: preclara est
publicarum rerum custodia: nam firma et immobilis
est: neq; cum illis qui uelut transfuge sunt simul
mutatur. Sed licet populo quandocunq; uoluerit
eos discernere: qui olim quidem mali fuerunt: postea
uero mutati bonos existimari uolunt. Restat mihi
adulationem eius ostendere. Demosthenes enim cu
per annum in consilio fuisset: nullam unq; legatio-
nem in superiore confessum uocauit: preter philip-
pi legatos quorum gratia locum ornauit: & uestes pu-
niceas circumstrauit: atq; prima luce legatos in the-
atrum induxit: pro qua indecenti adulatione ex sibi
latus est: & quando thebas profecti sunt tria iuga
mulina illis conduxit: legatosq; comitatus est con-
tra decus ciuitatis. Ut autem in subiecto pmaneat
capitulum decretum quo ipsos legatos in confessum uo-
cauit. **DECRETVM**. Hic ergo o uiri atheni-
enses adulator eximius: cum per charidemii specu-
latores: mortem philippi primus nouisset turpi me-
dacio somnium deorum sibi finxit: quasi non chari-
demus: sed iupiter & minertia hoc sibi nuntiaffet:
quos postera die periurans secum loqui pernoctem: &
futura predicere affirmauit: ac septima die post morte
filie uulissimus iste ante luctus impletos ante q; iusta

fecisset: corona & alba ueste assumpta immolauit: cum illam amisisset: que prima & sola patre ipsuz nuncupabat. Nec infortunium obicio: sed mores discatio. Qui enim filios odit: & malus est pater nūq̄ bonus gubernator populi eē potest: nec is qui carissima & familiarissima corpora non gliscat & fouet: unq̄ uos alienos pluris existimabit: nec qui priuati est malus: unq̄ publice bonus esse potest: neq; qui domi est improbus in macedonia probus foret: non enim mores: sed locum mutauit. Vnde igitur postea mutatus est: hoc enim secundum est tempus: et quam obrem ex eisdem actionibus in rem. p. philocrates quidem exul est factus: demosthenes uō alius profuit aculato: et quomodo scelestus iste uos in calamitates iniecit: hoc enim maxime dignum est cognitu. Cum philippus pilas ingressus phocidis urbes euertisset: ac thebanos contra nos ut tunc putauimus corroborasset: uos in magna fortitudine constituti: legatos qui propace missi fuerant ad philippum maximis rumoribus agitabatis: sed precipue philocratem & demosthenem: quod si non solum legati fuerant: sed et decreta de pace conscripserant. Contigit aut per id tempus aliquam eē dissensionem inter demosthenem & philocratem: de uis ferme rebus de quibus et uos ipsi suspicaremmini: qui orta discordia cum inuicem sibi uicis. timiditatis et inuidie largitionum contra philocratem seorsum cōsultare cepit: ratus si cor. qui secum in legatione fue-

no

S'm epus

rant: & philippi accusator apparet: fore ut philo-
tates manifeste interiret: & alii legati impericulo po-
nerentur: ipse uero magnus euaderet: ac proditor soci-
orum et improbus: fidem apud populum nanciscere-
tur: Hoc itaq; intuentes quidam belli cupidi: ipsum
leti ad suggestum uocabant: solum incorruptum solum
integrum uocitantes: hic autem assurgens principia belli
et turbationis illis prestabat: hic est enim ille uiri athe-
nienses: qui primus ferrum & doricum: et eryicez
et myrgiscem & gamum et gamidia loca reperit quoy-
ne omnia quidem prius audiueramus. Atq; ad hoc
res deduxit: ut si non mitteret philippus legatos con-
temnere ciuitatem: si mitteret speculatores non le-
gatos misisse diceret: si alicuius ciuitatis arbitrio con-
trouersias decidi uolebat: non esse illam equam nobis
& philippo asseuerabat. Allonesum nobis dabat: hic
non accipere si daret: sed si redderet: suadebat. De
syllabis disceptans: tandem aristodemo: & aliis qui co-
tra ius federis: in thessalos ac magnesios exercitum du-
xerat: coronam decernens pacem fregit: bellum et ca-
lamitatem induxit: Enim uero ferreis & adamantinis
ut ipse inquit muris atticam circumstruxit: thebano-
rum & euboie societate: at in us omni athenienses tres
maximal iniurias perpepsi fuistis: properans de maxi-
ma thebanoz societate loqui premittam de euboica di-
cere. Vos omni athenienses multas et insignes iniu-
rias passi a mnexarcho chaladensi callie et thauo-
stenis patre: quos iste accepta mercede athenienses scri-

bere audet / ac rursus athemisono cretrenti qui per
 pacem oropum nobis abstulit / eorum sponte obliti cum
 thebani euboiam inuasertunt ut ciuitates sibi subditas
 facerent : in quinq; diez spatio auxilium tulistis et ma-
 ritimis & terrestribus copiis : & ante q̄ triginta dies
 transirent iunctis thebanis : & euboie dominum nacti
 ciuitatem & libertatem illis reddidistis / & merito non
 enim putauistis eē iustum : ut iniuriarū memoriā
 seruaretis : in eo tempore in quo illi uobis se credidisset
 At ipsi tanto beneficio a uobis accepto non similes uobis
 gratias reddiderunt : sed cum celerrime transiissetis
 in euboiam plutarcho auxilium ferentes : licet primū
 se amicos uobis ostenderent : tamen ut primum in ta-
 myna uenistis : & cotyleon montem transiissetis callias
 quem demosthenes pecunia accepta tutatur : cernens ca-
 stra nostra difficilissimū locis posita : unde nemo nisi iuctor
 euadere poterat : neq; terra aut mari auxilium habere :
 contractis totius euboie copiis : & aphilippo adiutus ac
 frater eius thamprosthenes qui nunc uos omnes compel-
 lat & salutat : phocensibus traductis militibus castra
 nostra inuasertunt : putantes se cunctos delecturos : ac
 nisi primum deorum aliquis castra nostra seruass; : deinde
 milites uestri pedites et equites uiri probi fuissent : pe-
 riculum fuisset : ne summum dedecus pateremur. Nō
 enim calamitatem in bello accipere maximum est malū
 sed quando ab indignis hostibus prouenit duplicat' ca-
 lamitas : uos tamen talia perpepsi callie reconciliati ue-
 niam dedistis : Sed ille paulo post ad naturā suam reuert

No

No

sus uerbo quidem euboie conuentum in calyde ordi-
nauit : re uera autem euboiam contra uos instruxit :
sibi aut tyrannidem parauit atq; huius rei adiutore
sibi philippum fore sperans abiit in macedoniam et cir-
cubat cum philippo : atq; unus amicorū eius nomina-
batur : Sed paulo post iniuria philippo illata inde pro-
fugus se ipm thebanis subiecit : Demde illis quoq; re-
lictis : cum plures reuolutiones q̄ curūpus ip̄e apud
quem habitabat fecisset : incidit in thebanorū ac phi-
lippi inimicitias . Nescius ergo quid ageret : indito
iam contra eum exercitu unam perspexit salutis spes
sibi relinqui : ut athenensis populus sibi nominato so-
cio auxilium ferre uiremirando cogeretur siquis con-
tra eum ueniret quod perspicuum erat futurum n̄
uol prohiberetis . Hęc igitur meditatul legatos mit-
tit glaucetam et empodora et diódorum ferentes pp̄io
quidem uanas spes : demoſtheni nō argentum . Tria
erant que simul emit . primum ut societate uestra po-
tureretur . Nullum enim erat sibi remedium si populus
memor iniuriarū suarū societatem eius repudiasset /
sed aut chalcidem relinquere / aut in ea persistens in-
terire cogebatur . tante contra ipsum copie parabant
thebanorū atq; philippi . Secundum mercedem tradidit
illi qui decreuisset : ut chalcidenses athenis in conuētū
ēē tenerentur . Tertium ne onera subirent . Atq; harū
rerū nulla non potius est callias : sed demoſthenes iste
qui tyrannos odit : ut ip̄e fingit : & que in eteliphon op-
tima dicere affirmat : prodidit ciuitatis tempora : et

in societate perscripsit nos chalcidensibus auxilium
ferre uerbo dumtaxat declinato: ut aliquid appa-
reret: chalcidenses auxilium ferre siquis contra athe-
nienses ueniret: Munera autem ex quibus ad bellum
conferebatur funditus sustulit: speciosis uocabulis res
turpissimas complectens: & uos pro speciem honestatis de-
cipiens: oportere dictitans ciuitatem nostram primo
de auxilio ferendo indigentibus grecis: secundo de soci-
etate utilitateque cogitare: Vt autem uideatis me ue-
ra dicere: cape callie scripturam et societatem et reci-
ta decretum. **DECRETVM.** Nondum hoc est
grauis: quod tempora ciuitatis adeo oportuna quod
conuentus et munera uendita sunt: sed illud grauif-
simum uidebitur quod dicturus sum: intantum enim
processere callias quidem petulantique: demosthenes uero
quem laudat ctesiphon corruptelo: ut decem talenta
que oreite: & erectrienses ad bellum conferebant ui-
dentibus: intelligentibus prospicientibus nobis subtra-
herent: atque ciuitates ex conuentu nostro atque athenis
in chalcedem et euboicam transferrent conuentum.
Quemadmodum autem: et per quas fraudes hoc fecerint: id
iam opere pretium fuerit audiuisse: Fertur enim ad
nos non amplius pro oratore: sed per se ipsum callias:
qui in contione ueniens uerba narrauit a demosthene
sibi composita. Dixit enim se nuperrime ex pelopo-
neso redisse: ibi centum talentorum tributum contra
philippum ordinasse: ac narrauit quot quemque contri-
buere oporteret: Ac heros quidem omnes et megareses

sexaginta talenta ciuitates aut euboie cunctas: quadra-
ginta ex quibus pecunias maritimas & terrestres copias
parari posse. Esse preterea multos alios qui contribuere
cupiant itaq; neq; pecunias neq; milites ad bellum defu-
turos: hec aperte dixit etiam se res quasdam archanas
habere: et eaz eẽ quosdam conscios ex ciuibus uestris.
T andem compellato demosthene ut sibi testaretur ro-
gavit: hic aut cum magna grauitate suggestum adices
calliam maximis laudibus prosecutus est: & arcanuz
illud se scire finxit: Legationem aut suam in pelopon-
nesium & acarnaniam referre uelle dixit. Summa u-
boz fuit omnes peloponnesiacos: om̃s acharnanas: ad
munera belli contra philippum suscipienda dispositos.
eẽ autem numerum pecuniarz ordinarz ad impleti-
dum centum ueloces naues: & ad peditem decem milia
et equites mille. Fore insuper urbanas copias ex pelop-
nesso quidem supra duo milia armatorz ex acarnania uo
alios totidem: tradi uobis ab omnibus istis principatuz.
futura aut hec non post longum tempus: sed decima sex-
ta die mensis nouembris: indictum eẽ ciuitatibus om̃e
conuenire debere athenis plenilunio: Et cum hoc
demosthenes precipuum habet. Nam alii quando men-
tiuntur obscura & indeterminata dicere conantur:
redargutione formidantes. demosthenes uo quando
mentitur: primum cum iure iurando mentitur: sibi
euerfionem imprecatus: deinde que clare scit nunq̃
eẽ futura ea asseuerare audet: dinumerans dies et
tempora: & quoz corpora nunq̃ uidit: eoz nomina

enarrat: imitans eos qui ueritatem dicunt: Quam ob rem maximo dignus est odio: quod improbus cum sit bonorum signa corrumpit: his dictis decretum scribere legendum tradit proxius quidem iudae: uanius autem quae uerba que dicere consueuit: et quae uita eius plenum spe rerum nunc futurarum et exercituum nunquam deligendorum. Abactis itaque uobis longe a furto suo et per uana spes suspensis scribit decretum: ut legati in eretriam mittantur: rogaturi eretrienses nimum enim rogatione indigebant: ne amplius nobis contributorum quinque talenta: sed callie. ac rursus alii legati in eorum rogaturi: ut eundem hostem & amicum cum athenensibus putent: deinde adscripsit decreto: ut quinque talenta non nobis penderent sed callie. Quod autem uera dico pompa & triribus & uanitate decreti ommissa. recita decretum et furtum range: quod sceleratus iste et infanus commisit: quem cthesiphon etiam in hoc decreto per seuerare indicendo ac faciendo optima populo athenensi perscripsit: **DECRETVM** / Ergo trirites et exercitum et plenilunium et conuentum uerbo audistis: tributa uero decem talentorum quae socii conferebant re uera perdidistis: Reliquum mihi est dicere quomodo demosthenes accepta mercede trium talentorum ista scripsit. Talentum ex calcide et callia talentum ex eretria a ditarcho tyranno: talentum ex oreo. Quod quia populariter inuunt: et cuncta deliberatione publica geruntur: rem detexit: et latere non permisit. Fatigati enim philippi bello oreite: cum nescirent quo se uerterent: mittunt ad

demosthenem gnosidemum carigdem filium eius qui aliquando in oreo plurimum potuit postulantel ut talentum ciuitati dimittat ac pollicentes etiam statuas sibi ioreo posituros: hic autem respondit se paruo ere nul latemul indigere talentum per calliam exacturum. necessitate ergo adducti oreite: cum inopia publice laborarent: assignauerunt sibi pro talento publicos redditus & usuras demostheni soluerunt largitionis suemense quolibet dragma unius mne. donec talentum ex soluerent: & hec acta publico decreto quod cape et recita. **DECRETVM OREITARVM.** hoc decretum o uiri athenenses dedecul est ciuitatis nre. redargutio autem non parua reu. a demosthene in re. p. gestay: manifesta uo cthesiphontis damnatio. qui n. sic turpiter largitionibus corruptus est: uir bonus fuisse non potest. quod iste in suo decreto ausus est dicere.

3^{us} epus.
S equitur iam tertium tempus, immo amarissima omniu tempestas: in qua demosthenes res grecie uestrasq. subuertit: sacrilegio in delphico templo commisso et societate thebanoru nequaquam uobis equa perinuriam initanapiam uo ab iis que indeos perpetravit. Est uiri athenienses ager cirreus: & portus qui nunc nefastus et execratus uocitatur: hanc regionem habuerunt olim cirrei/ et agra callide genus hominum audax ac facinosum: qui templum delphicum spoliabant: & amphitionibus infesti erant. Indigne id passi primum ut fertur maiores nostri: deinde alii amphitiones ab oraculo quesuerunt qua pena illos affici oporteret &

responsum accipiunt: bello persequi cirreos & agra-
 callidas omnes dies et omnes noctes, ac vastatis agris
 et hominibus inferuitatem adactis dedicare apollini
 pythio et diane & latone & minerve prouide: et hanc
 regionem neq. ipos colere: neq. alium permittere. Ac-
 cepto itaq. oraculo amphictiones decreuerunt *Solone*
 atheniensi sententiam dicente: uiro legum ferendaz
 docto: et in poetica philosophiaq. enutrito: exeratus
 contra nepharios homines ducere: secundum apollinis
 oraculum. Sic itaq. copis contractis homines incapti-
 uitatem adegerunt: portum impleuerunt: urbem e-
 orum diruerunt: & regionem secundum oraculum sa-
 crauerunt: prestito super hoc iureiurando fortissimo
 nec ipos sacram terram culturos: nec alteri pmissuros:
 sed auxilium laturos deo & sacre terre: manu et pe-
 de & omni potentia. Nec satis fuit hoc eis iurandū
 sed execrationem grauissimam pro us rebus fecerunt.
 S criptum est enim in ea si quis illa transgrediatur uel
 ciuitas: uel priuatus: uel gens: nefarios ac pollutos esse
 apollinis diane latone & minerve prouide: & adici-
 tur nec agros eorum fructus producere: neq. uxores filios
 parere: similes parentibus: sed monstra: neq. pecora se-
 cundum naturam pullos facere: esse illis calamitatem
 belli: iudiciorum & fori. Dispergi ipos & domos et gene-
 ra eorum: nec unquam apollini: neq. diane: neq. latone: neq.
 minerve prouide rite sacrificari posse: nec eorum sacra
 recipi: Quod autem uera dico lege oraculum: audite exe-
 crationem: memineritis iurandi: quod maiores

*Solon**no exerranz*

uestri cum amphictionibus iurauerunt. ORACV
 LV M . I V S I V R A N D V M . E X E C R A
 T I O . huiusmodi iureiurando & oraculo etiam n̄c
 in litteris extantibus locri amphissei unino principē
 eorū uiri audacissimi agrum colebant ac portū illi
 nefastum et execratum intrauerant atq; inhabitarāt
 & ab us qui nauigabant portoria exigebant : quosdam
 etiam ex amphictionibus pecuniis corrumpēt : quo
 rum unus erat demosthenes creatus enim auobis py
 lagoras accepit mille dragmas ne aliquam mentionē
 de ipsis apud amphictiones inferret . Pacti insuper
 erant singulis annis sibi athenas mittere . x x . mna
 ex illis profanis execratis q; pecuniis : ut hic eos defen
 deret . Vnde magis q̄ prius euenit sibi quencunq; anti
 geret siue priuatum : siue indignitate constitutum . si
 ue ciuitatem eorū singulos in maxima calamitate mi
 cere : Considerabitis enim siue dominum siue fortunā
 que ex impietate locrorū effluxit . Theofrasto pretore
 pylagoras elegistis indiam anagyrasium qui multis
 decanis ut uiuere optarem : & thrasilea lesbium ac
 tertio cum istis me . Contigit aut̄ prius q̄ indelpbos
 peruenissent diognetum sacratorem febriatari : hoc
 idem accidit indie . Alii nō amphictiones considebam̄ .
 Nuntiabatur aut̄ nobis ab us qui benignitatem ciuitati
 offendere uolebant : amphisseos tota mente in thebanos
 conuersos decretum fecisse contra ciuitatem nostram : in
 q̄ atheniensem populū quinquaginta talentis condē
 nabant : quod aureos checos ad nouum templum po

fueramus ante q̄ templum absolueretur: addito de-
 centi titulo: Athenienses a medis et thebanis quando
 contra grecos pugnauerunt. Vocatus ergo a sacatore i
 confessum & aliquid pro ciuitate dicere iussus: cum
 ad dicendum me pararem: ac promptius quodam mo-
 do confessum intrassem: uociferans quidam amphisse-
 us uir sceleratus: & ut mihi uidebatur nulla doctrina
 imbutus: fortasse et demonio quodam ipsum trahente
 principio inquit ouiri greci si sani fuissetis: ne nomi-
 quidem athenensis populi per hosce dies nominare debu-
 istis: sed tanq̄ nefarios atq̄ pollutos templo excludere
 et simul societatem phocensium quam erobilus ille scri-
 psit memorauit: & alia multa & graua contra ciuita-
 tem nostram inuectus est: que ego neq̄ tum ferre potui
 neq̄ nunc sine molestia meminisse: audiens uero ita
 commotus sum ut nunq̄ magis in mea uita fuerim irri-
 tatus: & alia quidem uerba transgrediar. Venit autem
 mihi in mentem sacre terre quam amphissei contra fas
 colebant. Atq̄ ibi existens ostendi amphictionibus cyre-
 um agrum: subiacet enim templo ac totus oculis patet
 A spicite inq̄ ouiri amphictiones agrum ab amphisseis cultu
 uidetis domos medicatas: cernitis oculis nefastum et
 execratum portum muro circumdatum: satis uos ipsi si
 aliis testibus indigetis. amphisseos portoria exigere et
 pecunias ex sacro portu accipere: deinde recitari iussi ora-
 culum dei: iusiurandum a maioribus prestitum et exa-
 crationem super us factam: Atq̄ edixi me q̄dem p̄ p̄to

athemensi pro me atq; profiliis pro domo mea auxi-
lium ferre deo & sacre terre manu pede uoce & oī
potentia ac urbem nostram quantum ad hæc attinet a-
pud deos explicare. Vos aut̄ inq; pro uobis ipsiſ consi-
lium capite attestant sacra altaribus priuatum et pu-
blice deos bona precaturi estis / considerate igitur qua
uoce qua mente quibus oculis qua fiducia uota faci-
atis : si hos nefarios et exactionibus obnoxios impu-
ne dimittatis. Non enim obscure sed aperte scriptum
est que pati oporteat tam impios illos et scelestos q̄
eos qui permiserint / Tandem in exactione exprimitur
nūq; rite sacra facere : qui non prohibuerint neq; apol-
lini / neq; diane neq; latone / neq; minnerue provide-
eoy q; sacra non recipi / hæc et alia multa locutus cum
finem dicendi aliquando fecissem clamor plurimus et
strepitus amphictionum secutus est : nec amplius de
clipeis a nobis suspensis sed de pena amphisseoy sermo
habebatur. Iam itaq; magna diei parte transacta p-
fectus prece edixit omnib; qui metate forent tam li-
beris q̄ seruis ut postidie cum dolabris et securibus a-
desſent. Utq; sacratores & pylagore conuenirent ad
ferendum auxilium deo & sacre terre si qua nō ciuitas
non adesset eam templo areri ac pollutam : & exe-
crationi obnoxiam / Sequenti die prima luce ad lo-
cum edictum conuenimus : inde in circuitu agrū pro-
fecti portum illum dirimus / domos & habitacula in-
cendimus. His peractis cum redederemur Locri am-
phissei qui septuaginta stadia procul a delphis incolūt

raptis armis populariter contra nos irruerunt: et nisi
 cursu indelphos aufugissemus periculum mortis subiba-
 mus. Postera die cottulus qui preerat cōtionē habuit.
 Cōtionem quippe uocant quando non solum pylagore
 et sacatores conueniunt: sed omnis multitudo eorum.
 qui sacra faciunt: & deo utuntur. hic multa & grauiā
 in amphisseos dicta plurima q; fuit cōmendatio ciui-
 tatis nostrę. Tandem decretum sit sacerdotēs proxima
 pyla proficisci in pylas cum dogmate: ut amphissei
 penas darent: pro ul que indeum et in sacram terraz
 & amphictiones perpetrauerant. Quod aut uera dico
 scriba uobis decretum illum reatabit. **DECRETVM.**
 Hoc dogmate p̄mum in cōsilio: demde apud populum
 a nobis exposito cum ciuitas optime sentiret ac pie fa-
 cere uellet. demosthenes qui scelus amphisseorū defen-
 dere conabatur: & ante palam refutatus fuerat: post
 q̄ uidit se recta uia nihil proficere: curiam ingressus
 est: ac ibi priuatis exclusis sententiam protulit arcum-
 ueniens imperitiam illius qui scripsit. hoc idem perscri-
 psit decretum esse apopulo in cōtione licet populus
 iam surrexerat: & ego abieram: non enim concessissem
 unq̄ si affuissem. Summa decreti fuit: sacratorem a-
 theniensium & pylagoras qui perpetuo fuerint pro-
 ficisci debere in pylas et indelphos debuit temporibus
 secundum ordinationem maiorum nostrorū. Sp̄iosa
 quidem uerba: sed turpissima opera. Uetat enim in
 conuentu apud pylas adesse qui necessario ante illud
 tempus haberi debebat: & rursus in eodem decreto mani-

festus & acerbius scribit factorem athenensium et py-
Lagoras qui perpetuo fuerint proficisci debere non fieri par-
ticipes eius conuentus neque uerborum neque operum neque
decretorum neque rei cuiusque. Non est autem participes quid
tandem est utrum uera loquar an aduoluptatem au-
dientium uerba faciam. Loquar equidem uera. Nam uer-
ba aduoluptatem audientium facta sic ciuitatem nostram
disposuere non sinit meminisse iurandi quod ma-
iores nostri iurauerunt neque execrationis neque oraculi.
Nos itaque propter hoc decretum nihil egimus: alii uero amphi-
ctiones in pylis conuenerunt preter unam ciuitatem cui
ego neque nomen proferrem neque eorum calamitates quen-
quam grecorum attingant. Ibi decreuerunt contra amphisseos
exercitum ducemque elegerunt cottiphum pharisalium.
Non erat tunc in macedonia philippus neque in grecia sed
longe apud sathas exercitum ductabat quem statim de-
mosthenes affirmare audebit contra grecos ante inductum
fuisse. Profecti igitur primo exercitus amphictiones ual-
de humaniter amphisseos tractauerunt. Pro maximis enim
delictis pecunia multauerunt prescriptis temporibus deo
exsoluenda. Pollutos uero et auctores malorum expulerunt
alios uero qui deum ueriti auferant reduxerunt. Sed
cum postea nec pecuniam soluerent et pollutos illos redu-
xissent bonosque ab amphictionibus paulo ante restitutos
expellerent: rursus contra eos exercitus ducitur. reuol-
tam praedem philippo ab expeditione scythica: diu nobis
principatum tradentibus pietatis suae: demosthenis autem
corruptela impediente quo minus eum principatum accipe-

remus. At nonne predixerunt: nonne significauerunt nobis dii quasi humana uoce ut caueremus. Nullam unquam ciuitatem uidi magis a diis immortalibus suatam magis acuibz euersam. Non satis erat signum misterii habitum. Vates predixit cauendum esse et mittendum in delphos ad sciscitandum quid agi oporteret. **Vex demosthenes** se opposuit: & pythiam sectari partes philippi cauillatus est: uir utique indoctus & plenus nimia licentia sibi a uobis concessa. Nonne pro tandem prohibentibus sacrif exatum misit in periculum manifestum. At quod nuper ausus es dicere philippum ea de causa macticam non uenisse: quod litare non poterat. Quia igitur pena dignus es o grecie clades. Si uictor non uenit in eorum quod uicti erant agrum: quod sacra sibi non fierent: tu indubio martis discrimine antequam litares exercitum misisti.

Uty coronare in calamitatibus nostris an exterminare te oportet. Verum enim uero quid temporibus nostris non accidit ex illis que nec sperare: nec expectare quisquam debuit. Non enim hominum uitam uiximus: sed ad stuporem posterorum nati fuimus. Nonne persarum rex qui athum profudit: qui hellespontum conuinxit: qui terram & aquam agricis postulauit: qui in epistolis ausus est scribere se dominum cunctorum hominum ab ortu solis usque ad occasum: nunc non de imperio: sed iam de sui corporis uita decertat. Ac eosdem uidemus et uulgaris glorie & principatus in persas dignatos: qui templum delphicum liberauerunt. Thebe uero urbs nobis propinqua una die ex medio grece abrepte fuit. Lacedemonii mi-

seri : qui principatum grece dudum habuerant per
contagium eius templi ruentes : nunc obsides tradunt
ad alexandrum transmittendos, hoc passuri et ipsi &
ciuitas eorum que uictori libuerit . Nostra aut ciuitas
commune grecorum refugium : ad quam legationes olim
extota greca uenire solebant salutem a nobis postulan-
tes non amplius de principatu grecorum : sed iam de pa-
trio solo retinendo laborat . Et hec uobis euenerunt :
postquam demosthenes ad rem p. se contulit . Recte enim
de iis hesiodus poeta ostendit . Dicit enim quodam
loco docens populos & consilium prebens ciuitatibus
ne malos gubernatores accipiant . dicam uobis carmina
ob hoc enim puto uos impueritia constitutos poetam ad-
discere . ut uiri facti eorum sententias fruamini . CAR-
MINA . Si remoto carmine sententiam considerabi-
tis puto uideri uobis non esse hęc hesiodi poemata
sed oraculum in demosthenem . Et enim nauales terre-
stresque copie et urbes funditus euerse sunt ex huius
actionibus . Sed puto nec firmondas neque euribates :
neque alium quisquam ex illis antiquis pessimis uiris : ra-
tis incantator & magus unquam fuit : qui (o terra et
dii et demones & homines quicumque uera audire eu-
ratis) dicere ausus est aspiciens in ora uestra : thebanam
societatem nobiscum inisse : non temporis causa non
ob timorem eis impendentem : sed propter suas orati-
ones . Atqui multi ante hunc legati ad thebanos pro-
fecti sunt ex iis qui maxime familiares illis uideban-
tur . Primus hic trafibulus uir thebanus acceptissimus .

Deinde thraſon qui cum thebanis hoſpitiū habent. Leo-
damus acarnas non inferior demosthene ineloquētia.
ſed ut mihi uidetur indicendo ſuauior. Archidamus
iſte uir faciendus & magna propter thebanos pericula
perpeſſus. Ariſtophon etiam qui longo tempore apud
nos propter thebanos in ſuſpitione fuit. Pyrandrus q̄
adhuc etiam uiuit: ſed tamen nullus unq̄ conuertere
illoſ ad noſtram amicitiam ualuit. Cauſam equidem
ſcio: ſed propter eorū calamitates dicere omitto. At
puto cum philippus niceam illis ablatam theſſalis tra-
didisset: & bellum quod prius ex boetia deleuerat iterū
reduceret: ac tandem elatiam occupasset: tunc iam in
ſummo periculo conſtituti thebani uos uocauerunt: et
uos pedestribus ſqueſtribz q̄ copiis egreſſi thebas adiuu-
ante q̄ de ſocetate uel una quidem ſyllaba a demosthe-
ne ſcriberetur. Ducebat aut̄ uos in thebas tempus et
metus & ſocetatis cōmoditas: nō autem demosthenes.
Nā in iſ quidem rebus tria maxima ſūt demosthene cō-
tra uos geſta ſunt. Primum q̄ philippo nomine q̄dez
contra nos bellum gerente: re aut̄ multo magis the-
banis in feſto: ut res ipſa oſtendit: & quid opus eſt
uerbis hec demosthenis occultauit. Fingens autem
ſocetatem eē futuram nō temporis cauſa: ſed propter
Legationes eius populo ſuaſit non eē laborandum qui-
bus conditionibus ſocetas fieret: dummodo fieret. Quo
quidem facto uniuersam boetiam thebanis proditam
fecit. Scribens in decreto ſiqua deficiat ciuitas a theba-
nis athenienſes auxilium ferre. Deinde pecuniarū

quibus erat opus ad bellum duas partes uobis imposuit a
 quibus longius erant pericula : tertiam partem thebanis
 in singulis largitione corruptus : & principatum in rema
 ritina communem fecit cum thebanis : sumptus autem
 proprios uestros. Terrestris uero rei si uera fateri uolumus
 totum concessit thebanis : ut nec postea facultatem habu
 erit stratocles dux noster de salute militum ex sua sente
 tia providendi. Et hec non ego solus accuso sed omnes : &
 uos consci estis qui pro uis rebus itam quandam tunc susce
 pistis : Sed accidit iam uobis ita crebro malefacta demothe
nis audire : ut nullam admirationem de eolus capiatis :
 sed non est ita faciendum : immo grauius ferre ac si reli
 qua salua esse uultis pena afficere debetis. Secundum
 multo maius quod libertatem populi atheniensis fundit
 substulit : & transtulit in thebanos : per communicatione
 rez thebanis concessam. In quo tantam sibi ipsi potenti
 am circumdedit : ut dicere postea uideret ad populum
 se legatum habiturum quotiens sibi uideretur : etiam
 si uos non mitteretis : & si quis eidem contra diceret ex
 duabus uestris : magistratus sibi parere : & nihil contra
 dicere assuefaciens. cedere inquit debere arma suggesto.

P Lurananq; bona uos accepisse ab ipso ex suggesto q; a du
 abus ex remilitari. Milites uero conducentis & pecunias
 subtrahens militares : mille ex illis me reclamante am
phisseis concessit periculum ciuitati superinducens ex
 copiarum diminutione. Quid enim putatis philippum
 per id tempus optasse non separari copias nostras : ut
 non simul cum omnibus sed seorsum in amphissa contra

Cede arma suggesto.

milites conductos seorsum alibi contra urbanas copias
 dimicaret: et magna plaga iam ante percussos grecos
 minus alacres in prelio reperiret. Tantorum malorum causa
 demosthenes non bene secum actum putat: si penam non
 dederit: sed nisi aurea corona coronetur granatis fert:
 neque satis est sibi in conspectu uestro precomium fieri: sed
 nisi in conspectu grecorum fiat dedignatur. Sic ut uidetur
 peruersa natura magne licentie assumpte publicas cala-
 mitates inducit. Tertium et supradictorum maximum est
 quod dicturus sum. Cum enim philippus non contemne-
 ret grecos: neque ignoraret: non enim erat desipiens se-
 in breui unius diei particula de omnibus simul rebus
 certaturum: & ob hoc pacem affectaret: ac legationes mit-
 tere decreuisset: cumque magistratus thebani periculum
 belli horrent: & merito: non enim orator rei militaris
 imperitus ac desertor ordinis illos monebat: sed phocem
 se bellum per decem annos agitatum: indubilem doctri-
 nam ipsis prebebat: cum itaque sic res essent: intelligens
 ista demosthenes ac magistratus thebanorum per se pacem
 facere: & aurum a philippo accipere suspicatus: indigne
 ferens: si ipse quoque largitione careret: in contentione pro-
 stitit: nemine defacienda aut non facienda pace cum phi-
 lippo mentionem faciente: sed quasi precomio indicere
 partes largitionum sibi referri oportere iuravit: punier-
 uamquam ut uidetur phidias non solum admirationem
 inuentiuum: sed etiam pro deterioratione demosthenis
 operatus est: si quis diceret pacem cum philippo esse faci-
 endam: cum crinibus captum in carcerem tracturum: de-

No

ophontem imitatus: qui peloponnesiaco bello per hunc
modum ciuitatem euerit / Verū postq̄ ista contemp-
serunt magistratus ac milites uestros remiserunt / vt
de pace consulerent. hic omnino amens factus fugge-
stum ascendit: & proditores grecorū eos appellauit / Ac
iste qui nunq̄ hostes aspexit / se auctore peturos uos
inquit per legatos uestros a thebanis ut saltem militibz
uestris transitum concederent contra philippum profec-
turis. Quare ueriti magistratus ne proditores uiderē-
tur pacem omiserunt ad prelium se compararunt /
Q uo in loco meminisse dignum est optimorū uiroꝝ quos
iste non confectis sacris inmanifestum periculum a se-
missos / ausus est postea publico funere Laudare ac
pulpitum ascendere fugacibus illis ac fugitiuis pedibz
cum quibus aciem ipsam deseruit: in qua illi cecide-
runt: quorū uirtutem cōmendabat. O ad magnas
quidem ac preclaras res agendas omnium hominū
ignauissime: ad uerborū autem audaciam obstupēde.
D icere confestim audebis conspiciens istorū uultus te in
calamitatibz ciuitatis coronari oportere. Quod si iste
dicat uiri athenienses: ac uos dicentem feratis. mor-
tui simul cum illis uos & uestra memoria uiderini.
A dhibete parump̄ mihi cogitationem uestram: non ad
iudicium sed ad theatrum. Ponite uobis ante oculos p̄-
conem aduentem & preconium illud quod ex decreto
est pronuntiantem ac uobisam statuite utrum pute-
tis domesticos eorū qui in prelio ceciderunt plures lacri-
mas emissuros esse in tragediis & heroicis fabulis q̄

nō d̄ orōe demostf.
funebrī: d̄ q̄ aq̄
tribuit.

postea agentur / aut proin gratitudine ciuitatis. Naz
 quis non doleat grecus aut liberaliter eruditus / recor-
 datus p̄ id tempus cum ciuitas ista floretet et meliori-
 bus gubernatoribus uteretur / consueuisse ea die pre-
 conem in theatro adolescentes : quorum patres in prelio ce-
 ciderant / adfistere / ac pronuntiare preconium illud pul-
 cherrimum : & uirtutis maximum incitamentum :
 eos scilicet adolescentes quorum patres uiri probi in acie ce-
 ciderunt / pubertatem ad usque educatos per populum /
 nunc armatos omnibus armis feliciter dimitti ad pro-
 prios lares / ac ad honores publicos uocari / Tunc preco
 hoc pronuntiabat. Nunc uero assistens eum qui orbitatis
 causa est pueris : quid tandem pronuntiabit / aut quid
 dicet ? Et enim illa narrabit : que decretum Ctesiphō-
 tis iubet : sed ueritatis turpitudine tacebitur : que con-
 tra uocem ipsam preconis reclamare uidebitur / exclamans
 hunc uirum / si tamen iste uir est / coronari a populo
 atheniensi : gratia uirtutis qui pessimus est. gratia
 fortitudinis qui ignauissimus est et desertor aerei. Nō
 ita per iouem & alios deos obsecro uos athenienses : ne
 do uobis ipsis trophæum in dyonisi orchestra statuatis :
 ne uel in conspectu grecorum tantam dementiam ostenda-
 tis : quorum iste sacra liberos et sepulchra suis lar-
 gitionibus & regio auro subuertit : immemoriā suarū
 calamitatum reducat / Sed licet corporibus
 absentes attamen uestris mentibus earū clades intu-
 eamini : Ponite uobis ante oculos urbem captam ab
 hostibus / ruinas muroꝝ : edium incendia : duci

no 7

mulieres et filios in seruitutem senes viros & anas feminas sero tandem amissa libertate seruire discentes plorantes / uociferantes inuocantes uos / et irati non aduersus eum qui afflixit : sed aduersus calamitatum auctores : nullo modo euerforem grecie coronetis : sed demonum & fortunam que hunc hominem assequitur caueatis :

Neq; ciuitas enim neq; priuatus quispiam bene unq; euasit que demosthenis consilio uteretur. Vos aut. o uiri athenenses non pudet : super eos quidem qui in salaminam uehunt : Lege cauisse : si quis eorum inuitus nauem subuertit huic non licere itez. uectorem ee. ne grecorum corpora per imperitiam pdat : qui autem rem. p. nostram et uniuersam greciam funditus euertit : ei rursu permittite rez. publicaz. tractationem. Ut aut. dica & de quarto tempore / ac de rebz. que nunc sunt / illud memorare uolo quod demosthenes non solum aciem in castris : neq; etiam ordinem in ciuitate deseruit. Accepta triremi et grecis adtributum coactis : per insperatam salutem in urbem reductus. prima illa tempora trepidus et semimortuus suggestum adibat : & custode pacis ut se eligeretis obsecrabat. Sed nos per ea tempora uiri athenenses ne nomen quidem demosthenis indecretis atq; sententiis scribi permittebatis. nausichi data est opera ut pro illo se scriberet : nunc autem et coronari se iubet. Mortuo deinde philippo & alexandro in regno constituto rursus iste portenta meditatus : sacra palamie fundauit : & senatum in crimen gratulationis pro feliciter nuntiatis coniecit. Cognomentum alexandro

o 7^{to} tpe tur pnti.

desidi imposuit. Ausus est affirmare illum uinq̄ ma-
 cedonia exiturum: nam bene secum putare actum si ī
 pella spatuetur: & intestina custodiat: hec se dicere aiebat
 non ex coniectura aliqua: sed ex certa scientia: Quia uir
tus cruore acquiritur: ipse aut̄ cruorem non habet: a-
 lexandrum metitur non ex alexandri natura: sed ex pro-
 pria timiditate: Nam uero cum thessali contra nos copi-
 as pararent: & adolescentis merito irritatus thebis castra
 admouisset: missus auobis legatus demosthenes ad alexa-
ndrum ex medio ceterone retrocessit: neq̄ in pace neq̄
 iubello se utilem prestiterit: & quod omnium grauissimum
 est: uos hunc non produxistis neq̄ iudicari permisistis
 incommuni grecoꝝ conuentu: hic autem nunc uos pro-
 didit: si uera sunt que feruntur: Nam ut auunt mari-
 tini homines atq̄ legati qui ab alexandro ueniunt: et
 res est fide digna: quidam aristio plataicus aristobuli &
 famacopule filius si forte quisq̄ uestrum illum cognoscat
 hic aliquando adolescens precipua forma multo tempore
 apud demosthenem in domo eius habitauit. Quid autez
 faciens aut quid patiens: crimen est ambiguum et in-
 dicere non satis honestum: Hic ut audio de eius uita
 ac moribus dubitatur: apud alexandrum nunc est: illi
 q̄ inheret: & aliquid apud eum potest. Per hunc De-
mosthenes litteris ad alexandrum missis illiq̄ blandit̄
 ingratiā est receptus: quod ex hoc intelligere potestis.
 Nam si inimico eet animo ualexandrum ut ipse predi-
 cat: tria sibi pulcherrima oblata sunt tempora: quoru
 nullo usus fuisse apparet. Vnum et primum quando

utis cruore acquirit

nuper in regno constitutus alexander non dum suis
rebus satis compositis mactiam transiuit. Florebat tunc
perfarum rex pecunis terrestribus maritimisq; copiis.
Cupide autem uos in societatem recepisset ob pericula
sibi imminencia. Tu demothenes an uerbum aliquod
de huiusmodi re ate perscriptum? Vis ponam te
metuisse ac tuo more usum? Atqui publicum tempus
retoricam timiditatem non tollerat. Sed cum darius
omnibus copiis descendisset. Alexander uero omnium re-
rum inops inlicita ut tu aiebas aramuentis statim ab
equitatu perfarum (ut erat sermo tuus conuilcanus
esset) ac petulantiam tuam ciuitas capere non poterat.
cum epistulas digitis pendulas circumferres ac faciem
meam turbatam ac semianimem ostenderes corona
q; resumpturum affirmares: si aliquid aduersi alexan-
dro contingeret: nec tum quidem aliquid egisti: sed
malum tempus commodius distulisti. Preteriens igitur
hec omnia de presenti rebus conditione. Loquar. Lace-
demoni & milites conducti pugnantem aduersus corra-
gium eius copias deleuerunt. Eli tulerunt auxiliu
& achei omnes preter pelleneos & archadia omnis pre-
ter megalopolim ipsa non obsidebatur: ac dedie in diem
capi sperabatur. Alexander extra arctum et extra om-
nem fere mundum abierat. Antipater multo tem-
pore exercitum duxerat: quid futurum esset incertum
erat. Hic tu nobis ostende demothenes quid unquam
dixeris. Ac si uis concedam tibi pulpitum donec ad
ista respondeas. Sed quod taceas ego ueniam tibi ha-

- beo : que uò tunc dicebat nunc dicam / meministis uiri
athenienses illoꝝ detestandoꝝ & absurdoꝝ uer-
boꝝ que uos ferrei homines tunc audire sustinistis.

Quando assurgens demosthenes inquit uincant qdaz
ciuitatem amputarant scalas populi : ceciderunt
rerum neruos propellimur in aëta : tanq̃ acis nos
diligunt / hec impudentissime cuius sunt uerba : im-
mo cuius monstra. Et rursus cum se ipsum insinu-
ans circa pulpitum inquit fateor Lacones conatasse /
fateor thessalos : ac per reuos ad defectionem impu-
lisse. Tu thessalos ad defectionem moueas : tu non so-
lum ad urbem aliquam : sed ad domum ubi sit aliqd
periculi accedas. Sic ubi pecunię numerentur prom-
ptissime illic assisteres : actionem uiri nunq̃ faceres.
Sed si aliquid forte eueniat : te auctorem fingeres : tibi
q̃ uix dum factum ascriberes. Si metus superueniat
illinc fugeres : Si non sit metus premium postulabis
& aureis coronis coronari uoles. At uero popularis e.
Si ad uerba respiciatis uiri athenienses decipiemini ut
ante : Si ad naturam eius et ueritatem non decipie-
mini. Equidem una nobiscum examinare uolo / que
populari et modesto uiro adesse conuenit / ac rursus
qualem eẽ conueniat eum qui improbus sit et su-
per alios potentiam affectet. Vos aut̃ hec utraq; +
opponentes : considerabitis non qualis demosthenes
in uerbis sit : sed qualis in uita. Puto igitur uos om̃s
consentire / hec populari uiro adesse oportere. Pri-
mum ut parentib; ingenuis ortus sit : ne propter

infortunium generis legibus sit infensus que popula-
rem statum ciuitatis conseruat. Secundum ut aliquod
beneficium maioru suoru in populum extet: ul saltem
ut nullum sibi erga populum ex conditione maiorum
odium relinquatur: ne his de causis ciuitatem turbare
querat. Tertium ut in quotidiana uita modicus sit ne
magnitudine sumptus ad largitiones declinet. Quartu
ut bone mentis sit: ac dicendi habeat facultatem. Pul-
crum est enim optima eligere: Eruditio autem di-
centis auditores quoq; ad ista conuertit. Bonitas tam
mentis semper preferenda est facultati dicendi. Quin-
tum ut sit magni animi: ne in summis periculis dif-
ficilimiq; temporibus obtimiditatem populus deserat.
Hec populari uiro adesse conuenit. Qui aut super a-
lios potentiam in ciuitate affectat: contra hec omnia
nec opus est illa repetere. Considerate igitur que demo-
stheni adsint: & sit mihi per omnia iustum examen.
Huic pater fuit demosthenes peanieus uir ingenius
quidem (non enim mentiri decet) Sed a matre atq; ma-
terno auo qualis iste sit uobis dicam. Gilon fuit cera-
meus: hic nymphæo ponti opido per prodicionem ho-
stibus tradito cum populus atheniensis tunc oppidum
illud teneret: ob hoc exilauit: non expectata pena
iudicii: que contra eum parabatur. Fugiens itaq; ex
urbe in bolphorum abiit: ac ibi domum atyannis
hortos nobiles et uxorem accepit: mulierem diuitem
sane: & aurum noti modicum afferentem: sed genere
scythum. Ex ea nascuntur sibi filie due: quas ille mul-

tis cum pecuniis huc missas coniunguit : alteram taceo
 cui ne plures offendam alteram accepit neglectis legibus
 ciuitatis pater demosthenes : ex qua iste genitus est. Quam
 obrem a materno quidem auo inimicitia et offensio
 est sibi in populum. Capitis namque progenitorem eius
 condemnastis. Amatre autem scythia est barbarus ua-
 tura grecus uoce : ex quo fit ut improbitas eius longe
 aliena sit amoribus uestris / In quotidiana autem uita
 qualis. Ex prefecto nauali scriptor orationum repente
 factus patrimonium ridicule consumpsit : orationes
 aduersariis iniudicio contendentibus effrensus ad sugge-
 stum prosiluit : pecunias ingentes ex publico accepit
 modice supersunt. Nunc regum aurum domesticarum
 eius ruinam occultat nec id quidem satis. Nulle enim
 diuitis satis magne esse possunt corruptis moribus. De-
 niq. non ex propriis facultatibus uitam ducit : sed ex
 periculis uestris. De bonitate autem mentis & dicendi fa-
 cultate illud affirmare possum : natura demosthenis
 hoc habet : ut bene loquatur male uiuat. Sic enim ui-
 di homines insensol fieri aduersus eos qui uitia aliorum
 nimis aperte explanant. Deinde quid euenit. Leges
 ciuitatis optime sunt : facta autem pessima / de forti-
 tudine non breuis mihi relinquitur sermo. Nam si ne-
 garet se ignauium & timidum aut uos hoc nesciretis
 commorationem mihi locus iste preberet. Sed cum ipse
 fateatur in contionibus ac uos sciat : restat ut Leges
 commemorem de hac re scriptas. Solon ille antiquus
 eadem pena afficiendum putauit cum qui militare nol-

let : et eum qui aciem desereret : et eum qui timidus
& ignauus esset . Ac sunt timiditatis inditia accusatio-
nes q̄ quamq̄ mirabitur quispiam naturam accusari pos-
se . Sed potest . Cuius gratia . ut quisq̄ nostrum penas
Legum magis formidans q̄ hostes fortius pro patria pu-
gnet . Legis lator ergo eum qui militare subterfugiat
et q̄ timidum & desertorem foro excludit : neq̄ coro-
nari permittit : neq̄ templa publica intra .re. Tu
aut̄ qui Legibus coronari uetatur : eum coronari iube-
ac illum in templum dyonisi accersis : qui templa
urbis propter timiditatem hostibus prodidit . Ne au-
tem longius nos protraham quando iste se popularem
dicet memneritis uitam eius non uerba : nec quem
ipse se affirmet : sed quis ipse sit considerare . Quo-
niam uō incoronarum ac donoy mentionem incidi-
donec memini pauca adiciam : Si hec dona uiri athe-
nienses tam multa ac tam leuibus de causis tradita nō
compescetis predico uobis : neq̄ illi qui donantur gra-
tiam uobis habebunt : neq̄ res . p. aliquam utilitatem
percipiet : nam improbol quidem nunq̄ meliores faci-
etis : probol autem in summam desperationem addu-
cetis . Quod autem uera dico magna uobis signa osten-
dam . Si enim quis roget utrum gloria huius urbis
nostra etate an maioroy nostroy magis floruerit om-
nes fatebim̄ etate maioroy plus glorie habuisse . Viri
aut̄ meliores utrum tunc an tempore nostro : tunc
egregia uirtute : nunc ualde inferiores . Dona uero
corone . preconia : & stipendia publica : utrum tunc

plura an nunc : Tunc rara & uirtutis nomen im-
 pretio erat : nunc iam uileſcit : et corone ex conſuetudi-
 ne non ex merito traduntur . Sic ergo diſſarrentib⁹
 perabſurde fit ut dona nunc plura : nunc reā pu-
 melior . Viri nunc peiores : tunc meliores reperiantur
 Ego aut̄ quam obrem id eueniat docere conabor : Puta-
 tiſ uiri athenienſes : uel ad olympum / uel ad aliud
 certamen ubi corone donentur ſe exercere uelle ali-
 quos ſi corone ipſe non preſtantiſſimo : ſed illi qui
 procuraret & queret traderentur / Nunc aut̄ puto
 propter uictorię gloriã homines magnos labores &
 tolerare : et ſe in periculo ponere : Putate igitur uoſ
 premia ponere ciuiliſ uictorię atq; illud cogitate ſido-
 na paucis et merentibus concedetis : multoſ habebi-
 tiſ qui de uirtute certabunt . Sin uo optanti atq; pro-
 curanti per gratiam concedetis : etiam bonoſ corrumpi-
 petis . Quod autem recte dico paulo maniſteſtius uobiſ
 docere pergam . Vtrum uobiſ preſtantior uir uidet̄
 fuiſſe themiſtocleſ ille quo duce nauali prelio perſas
 uiciſtiſ : an demoſthenes : Preterea utrum illi uiri q̄
 populum reduxerunt : utrum ariſtideſ ille iuſtus
 contrariam demoſtheni cognominationem habentis
 an demoſthenes : At ego nec eiſdem quidem diebus
 memorandam cenſeo hanc beſtiam in qua illi memo-
 rantur . oſtendat igitur demoſthenes ſi poteſt exta-
 re in litteriſ aliquem iſtoꝝ hominum fuiſſe coro-
 natum : An ingratiſ ergo populuſ : non ſed magni
 animi : non enim oportere exiſtimabat in litteriſ ho-

Coniſe

norem prestare: sed in memoria eorum qui beneficium
acceptant: que usque ad hanc diem immortalis permanet.
Dona uero tunc accepta operepretium est intueri. Quidam
multo tempore grandia pericula apud Strimonem flui-
uium percipessi tandem pugnantem Medos uicerunt
et reuersi in urbem domum postularunt. Populus ma-
gnos honores ut tunc uisum est illis tribuit. tres in-
imagines lapideas in porticu imaginaria ponit cum hac
exceptione ne ipsorum nomina illic scriberentur. Ut po-
puli uiderentur esse non illorum uiuorum. hoc autem ex uersibus
ibi scriptis apparere potest: quos recita. **VERSUS.**
Est hic nomen illorum alicubi expressum: nequaquam sed po-
puli. Quid in porticu uaria. Nam omnium pulcherrimi
maxime reuerentiam in foro habetis. Quid ergo est.
In hac picta cernitur marathonica pugna. Quis ergo dux
in ea pugna fuit: omnes respondebitis miliaades. Sed
nomen eius scriptum ibi non est. Quare non petuit hoc:
petuit: sed populus non concessit: sed pronome dedit
illi ut ante omnes pingeretur ipse. milites ad pugnam
cohortans. Quid in matroo que est apud curiam in ho-
norem eorum qui populum reduxerunt. Decreuit po-
pulus ad sacrificium mille dragmas: hoc est minus quam
decem dragme in singula capita: Deinde eos donauit
frondea corona non aurea. Tunc enim frondea coro-
na in honore fuit: nunc autem etiam aurum fastidio
habetur. Datur senatui examen discernendi eos qui ob-
sessi fuerunt a Lacedemoniis: non eos qui aciem deseru-
erunt in chersonia. quod autem uera dico uobis decretum

legatur. **DECRETVM**. Lege nunc decretum the-
 siphontis in honorem demosthenis maximar. calami-
 tatum auctoris **DECRETVM**. Hoc decreto oblatu-
 ratur honor eor. qui populum reducerunt. Aut si il-
 li honorati fuerunt: hic iudique coronatur. At qui au-
 dio ipm. eē dicturum meminisse facere quod maiores
 illos eum eo comparem. Neq. enim philamona pugi-
 lem ideo coronari in olympia: quod glaucum antiquum
 illum pugilem: sed quod sui temporis pugiles superarit
 quasi nō ignoretis pugilibus inter se eē certamen: qui au-
 tem coronas querunt: ad ipsam uirtutem certant cuius
 gratia coronantur. Oportet enim preconem qui in the-
 atro pronumpiat non eē mendacem. Non ergo quia
 melius paratione in re. p. uersatus es nobis enarra: sed
 quod magna fuerit uirtus tua nobis ostende: & sic pre-
 mium postula. Sed ne longius uos protraham legatur
 nobis epigramma eor. qui populum reducerunt. **EPI-
 GRAMMA**. Quia eos qui contra leges dominabant
 deposuerunt honorari dicit. in ore omnium erat tūc
 populum fuisse conculcatum cum aliqui accusationes e-
 or. qui contra leges quid decreuerant sustulerunt. Et
 enim ut ego a patre meo qui nonaginta quinq. annis ui-
 xit ac omnium labor. publicor. particeps fuit audi-
 ui. Solebat enim cum sibi erat otium mihi narrare
 per id tempus quo populus restitutus est: si quis quod
 contra leges decreuisset accusabatur: fuisse simile uer-
 bum et factum. Quid enim magis impium q̄ contra
 leges quid agere aut decernere: nec eodem modo in-

— diceſ aucteſ preſtabant ut nunc / ſed etiam ualde in-
feſtiores aduerſus eoſ q̄ ipſe accuſator . Sepe etiam
ſcribam reuocabant ac leges et decretum recitari iu-
bebant . Damnabant autem reoſ non ſi omneſ ſi-
mul leges : ſed ſi unam dumtaxat ſyllabam tranſ-
greſſi fuſſent . Quod autem nunc fit pluſq̄ ridicu-
lum eſt . Scriba legit delationem : iudiceſ tanq̄ can-
tilenam aliquam audienteſ aliaſ cogitationeſ mente
reuoluunt . Iam ūō ex demoſtheniſ artibuſ impro-
bam conſuetudinem in iudiciis recepiſtiſ . Quippe
peruerſiſ uiribuſ accuſatori mne obiciuntur reuſ
accuſat : iudiceſ interdum neſciunt quare reꝝ iudi-
ceſ ſint : ſed de iſ que adiudicium eorum non per-
tinent iudicare coguntur . Dicit reuſ non ſecundu
leges a ſe ſcriptum : ſed ſiquiſ talia ante ſcribens ab-
ſolutuſ eſt : in quo nunc ualde conſidere ac noſ cōtem-
nere audio ctheſiphontem . Et enim ariſtophon ille
azameuſ aliquando gloriari apud noſ auſuſ eſt qd̄
nonageſieſ quinqueſ accuſatuſ ſemper euadeꝝ .
A t non cephaluſ ille antiquuſ qui maxime populariſ
habituſ eſt : ſed contra gloriabatur . Accuſabant eniꝝ
ſe quod cum plura decreta q̄ ulluſ alter ſui tempo-
riſ orator ſcripſiſſet / nunq̄ fuerit accuſatuſ quod
contra leges decreuerit & merito quidem gloriabat̄ .
A ccuſabant enim ſe de hoc crimine non ſolum illi qui
in re . p . uerſabantur : ſed amici amicos : quod ex hoc
intelligere poteſtiſ . Archimuſ ille qui unuſ fuit ex
populi reductoribuſ diem traſybulu dicit : qui ſociuſ

sibi fuerat in populo reducendo ac damnari illum fecit paulo post premia eis decreta: nec ea res iudices tardauit. Putabant enim quemadmodum ante reduci fuerant a trabsibulo tunc expelli per decretum illud contra leges scriptum. Nunc autem contra fit: milites boni et qui aliud memorabile pro re. p. gesserunt deprecationem in iudicio ponunt quos merito ingratos putare debetis. Nam si quis in populari statu honoratus quem statum dei ac leges seruant: postea contra leges scribenti fauere audet: statum ipsum ciuitatis oppugnat per quem honores suscepit. Que igitur defendendi ratio esse potest uiro iusto: et modesto aduocato?

Ego dicam. In partes tres diuiditur dies cum de hoc crimine in iudicio agitur. Prima infunditur aqua accusatori & legibus ac libertati ciuitatis: secunda reo aduocatis q. eius. Deinde si primis sententia non absoluitur reus: tunc iam tertia datur aqua ad penam delicti constituendam & ad magnitudinem re uestre. Quisquis ergo in pena deprecatur: iram uestram deprecatur. Qui autem primo loco sententiam petit iusurandum petit: Leges petit: libertatem petit: quorum nihil petere fas est: neq. petenti concedere. Subete igitur eos sinere primam sententiam ferri: deinde penam deprecantur. Equidem uiri athenienses affirmare ausi: conuenire ut lege caueretur: ne in huiusmodi crimine licet actori neq. reo aduocatos habere. Non enim hoc iudicium indisceptatione iuris consistit: sed clare patent leges quemadmodum in architectura cum di-

Comp
C. 1. 1. 1.

scemere uolumus rectum sit aliquid nec ne regulam
adducimus per quam dinoscitur: sic in istis causis regu-
la est iusti uel iniusti: tabella hęc & hoc decretum ac
leges iuxta scripte: hęc non discrepare inter se ostēdas
ac descende. Quid opus demosthenem aduocare? Naz
cum iustam excusationem preteriens astutum hominē
& uerborū artificem aduocas decipere nos queris: ciui-
tatem ledis: libertatem offendis. Sed quomodo uos
aduersus hanc iniustam defensionem resistetis iudi-
ces iam uobis dicam. Cum in hoc loco constitutus Chesi-
phon probemium sibi a demosthene dictatum narraue-
rit ac deinde persistet in causa: neq; se excusabit: in-
bete ipsum sine aliquo tumultu cape tabulam ac leges
iuxta ipsum decretum legere. Quod si fingat non audi-
re: neq; uos ipsum audiat: Non enim ideo consedi-
stis iudices: ut iniustas excusationes audiretis: sed ut
audiretis eos qui iuste se excusare uellent. Sin autē
omissis ceteris demosthenem aduocabit: potissimum
ēēt ne malum hominem uerborū cauillationibus lege
oppugnantem audiretis: neq; ad uirtutem quisq; hoc
illi ascribat. Quod si uobis audire placeat demosthene
iubete ipsum eundem ordinem in excusando seruare
quem ego in accusando. Non enim uitam demosthenis
prius discussi: neq; publica eius crimina: quanq; ubere
addicendum de istis rebus haberem materiam enudau-
i. Sed primo leges ostendi uetantes eum coronari qui red-
dendis rationibus publice administratorū obnoxius
ēēt: deinde Chesiphontem decreuisse coronari: deinde

Epilogat

sthencum de hoc ipso obnoxio redargui : nec adscripsisse
 cum rationem reddiderit : sed uol ac leges omnino par
 uipendisse : futuras etiam camillationes aduersus ista
 dicendas refutauit : quarum ut memineritis oro : Se
 cundum uobis enarraui leges de preconis faciendis q
 bus aperte canetur ne is qui a populo coronatur extra
 contionem pronuntietur : Athesiphon aut non solum
 leges transgressus : sed tempus et locum preconii facien
 di non in contione : sed in theatro : neq dum contio ha
 beretur : sed dum tragicæ agerentur pronuntiarum coro
 natum decreuit : Post hæc pauca de priuatis criminibus
 multa de publicis locutus sum . Eodem igitur ordine
 respondere demosthenem iubeatis . Ad legem que de ob
 noxiis est primum : de preconis secundum . Tertium &
 maximum quod dono sit dignus . Quod si a uobis petat
 ut alio dicendi ordine uti sibi permittatis : ac in fine o
 rationis sue responsurum se Legibus promittat : nõ con
 cedatis : neq ignoretis hanc eẽ artem quandam ad iu
 dicium euertendum . Non enim quia tunc respondere
 uelit : sed quia non habet qd respondeat : aliarum rerum in
 iectione uos in obliuionem legum & criminis conatur
 abducere : Ut ego in gymniciis certaminibus uidetis
 pugiles de loco inter se certare : sic uos uniuersam die
 pro re . p . ac pro ordine orationis cum demosthene cer
 tetis : neq permittatis extra accusationem uagari :
 sed assiduitate & diligentia audiendi fugas eius custo
 diatis & in accusationem reducatis . Sed que uobis eue
 nient : si p hunc modum illiua audietis hec uobis pre

dicere debeo. Adducet enim illum ueneficum mar-
supiorum incisorem qui rem p. incidit. hic plorat
facilius quam alii rident. Periuurat promptissime omnium
hominum: neque admiraretur si in istos qui circumstant
conuersus eis malediceret: ac potentes ad subsellia ac-
culatoris: populares non ad subsellia rei uenisse affirma-
ret. Ad hec factiosa eius uerba si ista dicit ita respon-
deatis. Si tibi similes fuissent o demosthenes illi qui po-
pulum restituerunt: nunquam popularis status in hac
urbe inuigisset. Sed illi difficillimis temporibus ciuita-
tem seruarunt: pro lato pulcherrimo illo uerbo neque
preteritorum facinororum remisceretur. Tu autem orationes
meditaris: & uerba quotidiana plus tibi cure sunt quam
ciuitatis salus. Quando autem periuurans profide iuris-
iurandi iouem appellabit: illud ei subiciatis: qui sepe-
mentiatur ac semper iniure iurando adhiberi sibi fidem
postulet: duorum alterum sibi ad esse oportet quorum neutrum
huic est: aut deos esse uanos: aut audtores non eosdem.

De lacrimis autem ac labore uocis: cum auobis queret
dicens: quo me conferam uiri athenienses: arcum scri-
plistis me ante p. non est ad quem amplius confugiam.
subicite. At non populus atheniensis quo iam se confe-
ret demosthenes: aut ad quem confugiet. Quid tu
pro populo unquam fecisti. Nam que pro te ipso feceris
omnes uidemus. Deseruisti urbem: nec inpireo ha-
bitas sed ex urbe euadis. Pecunias tibi comparasti ex
regio auro & publicis corruptelis. Tandem quid iste
Lacrima: quid hec uociferatio: quid raucedo ista uo-

cil sibi postulat. Reus est in hoc iudicio cthesiphon tu
 neq. deuita neq. de patrimonio certas. Omne tuum
 certamen est de aureis coronis ac de preconio in theatro
 faciendo qui deberes si hic populus maleficus ac sui ob-
 litus tam alieno tempore coronare te uellet hunc ho-
 norem pro te ipso deprecari dicens. Non enim deceat
 uiri athenienses pro quibus rebus ciuitas luxit ac sor-
 didata fuit pro illis me coronari. At puto ista diceret
 uir qui re uera cum uirtute uixisset: que uero tu di-
 ces diceret monstrum aliquod quod uirtuti obrecta-
 retur. Nullus uestrum formidet iudices: ne demo-
 sthenes uir fortis ac celsi animi si corona non patiat
 sibi ipsi domum reuerso mortem confascat: qui usq.
 adeo gloriam paruifacit: ut detestabile illud ac obno-
 xium caput: quod iste contra leges coronandum cen-
 suit: nullus totonderit: atq. horum mercedem acceperit
 uulnus & alapas: ita ut etiam nunc plagarum extent ue-
 stigia: hic autem homo non caput sed redditum possidet.
 De cthesiphonte autem qui decretum scripsit pauca di-
 cam: multa transgrediar: ut uideam si uos egregie
 malos homines etiam si nullus dicat cognoscere uale-
 tis. Quod uero est commune amboꝝ circueunt illi
 forum ueras de se ipsis opiniones habentes: nec uerba
 mentiuntur. Cthesiphon non pro se timere dicit: spe-
 rare quippe se idcotam quendam uideri: sed demosthe-
 nis corruptelas in re. p. ac ignauiam: & socordiam ei
 terrorem sibi afferre. Demosthenes uero in se aspiciens
 bene sperare dicit cthesiphontis improbitas Lenocinia

q. formidare. Eos ergo qui sic adinuicem se condemnant
uos communes iudices nunq̄ absoluatis: de maledictis
aut̄ quę aduersus me iactabunt: pauca uolo predicē.

Audiuo enim demosthenem dicturum multa ab eo comoda
rem. p. suscepisse: multa uero incommoda amē: & philip-
pum & alexandrum & eorū causas in me esse relaturum.

Sic enim ut uidetur indicentis astutus est uerborū artifex:
ut non satis illi sit siquid ego apud uos in re. p. gesti ac-
cusare: aut si aliquid dixi: uerū etiam quietem meam
carpit ac silentium meum accusat: nequis sibi locus ua-
cuius calumnia relinquatur. Improbatur etiam meas exer-
citationes in gymnasiis cum iunioribus: et in hac causa
statim dicet me non gratia rei. p. accusationem hanc
introduxisse: set ut p. eius inimicitiam me alexan-
dro ostenderem: atq. amē quesiturus est: ut audio quā
obrem summam rerū a se gestarū in re. p. nunc repre-
hendo: singula aut̄ dum agebantur non improbauit:
neq. accusauerim: sed illa transgressus & parū frequent
in re. p. uersatus distulerim accusationem. Ego anteq̄
neq. demosthenes exercitationes emulor: neq. mearū
me piget: neq. uerba que interdum apud uos feci in-
fecta esse uelim: neq. si ita ut demosthenes uerba fe-
cisset mihi uiuendum existimarem. Tacurnitatem
aut̄ meam demosthenes mediocritas mea peperit.

Pauca mihi satis sunt ac maiora turpiter querere non
opto: itaq. et sileo & loquor arbitrio meo: non coac-
tus aliqua morū necessitate. Tu accepta pecunia silen-
tium agis, consumpta uero exclamas. Verba aut̄

facis non quando tibi uidetur : neq. arbitrio tuo : sed
arbitrio illoꝝ qui mercedem tibi dant . Non erubescis
mentiri : neq. redargutionem formidas . Accusationez
uero istam quam non rei . p. gratia : sed ut alexandro me
ostendam introduxisse dicis . Ego uinente adhuc philip
po eam suscepi : ante q̄ alexander in regno constitutus
esset : non dum pausanis somnio a te uiso : neq. te ad
mineruam & iouem. pernoctem locuto . Quomodo igit̄
ego causam hanc introduxissem ut alexandro me osten
derem : nisi forte eadem somnia . ego & demosthenes ui
dissemus . Quod aut̄ non continue sed interdum ad rez
p. agenda accesserim causa est non obscura : incumta
te enim quam potentes aliqui occupant : non is qui uult
sed is qui potens est accusat : in libera autem ciuitate
is qui uult : & quando sibi uidetur . Quinetiam inter
missio ad populum dicendi signum est iuri qui tempus
& uilitatem rei . p. obseruet : nullam autem diem in
termittere signum est hominis cuncta pro mercede lo
quentis atq. agentis . Quod aut̄ dictitas te nunq̄ accu
satum a me fuisse : aut auditores obliuiosos putas aut
te ipsum decipis . Nam sacrilegia quidem pro amphib
ois ac euboie corruptelas : quia tempora longa transie
runt per que a me redargutus fuisti fortasse speras po
pulum non meminisse . Sed tuas circa rem naualem
rapinas quod unq̄ tempus obscurare ualebit . cum tu
lege lata de trecentis nauibus sperasti atheniensem
populum uniuerso classi te prefecturum . At ego o
stendi te sexaginta quinque uelocium nauium prefectos .

sustulisse: ac plus inuulisse rem naualem. quā cum
athenienses apud nassum nauali prelio lacedæmonios
et urbem uicerunt. Sic autem tibi per alienas calū
nias prouidisti: ut non audacię tuę. sed illis qui
contra obuiarent periculum immineret. multum q̄
dem alexandrum / multum uō philippum incalum
niū ferens: & quosdam ciuitatis tempora impedire
accusans semp̄ presentia corrupens ac futura pro
mittens / tandem cum diem tibi dicturus essem de
prehesionem anaxini qui merces olympiadi emebat
reperisti: ac eum deprehensum et tuis manibus ad
tormenta positum morte ipsum tua sententia condem
nasti: apud quem nuper in ore manseras. ac ex eadē
mensa cibum potumq̄ assumpseras / dextram q̄ illi in
ieceras eum postea occidisti. De quibus rebus inconspec
tu populi a me conuictus ac hospiciada uocatus non
factum negasti: sed respondisti te ciuitatis sales pluris
fecisse q̄ hospitis mensam / super quo responsio ciues
peregriniq̄ qui in conuentione aderant reclamauerunt. Ta
ceo falsas epistolas captos speculatores tormenta fal
sis de causis inficta: cum me & quosdam alios nouas
res murbe moliri falso criminabar. Deinde a me
quesiturus est ut audio qualis foret medicus qui egro
tanti nihil consulat mortuo autem eā narret ad pro
ximos que si fecisset sanitatem recuperasset. At
aut non queris qualis eēt populi ductor qui populo
quidem adularetur: tempora autem in quibus res p̄
seruari posset prodaret. bonos per calumnias a. re. p.

absterreret : pericula uilissime fugeret : ciuitatem inma-
la inremediabilia coniceret : ac postea se uirtutis grā
coronari querebat : nihil boni operatus omnium maloz
auctor & causa . roget aut̄ eos quos per ea tempora ca-
lumnis persecutus fuerit : in quibus seruari res . p .
ualebat . quam obrem ipsum tunc errare non prohibu-
erunt neq; accusauerunt . Respondebitur tandem q̄
post commissam pugnam occupati in legationib; pro
rei . p . salute otium non habuimus a te puniendū . Sed
cum sufficiat tibi penam nō dedisse : ue; insup dona &
postules : ac in derisionem grecoz ciuitatem ponas ī
hoc surrexi ac nomen detuli . Audio insuper demo-
sthenem quod per eos grauate dicam uocem meam si-
renibus comparare uelle : et enim ab illis non mulcen-
tur homines : sed perduntur . Ex quo fit ut eaz; musi-
ca non admetur : sic dicendi facultatem meam fuisse
ad calamitatem audientium dicit . At qui ego nemi-
ni conuenire puto : ut de me huiusmodi similitudine
abutarer . Quod si uari conueniret : hic sermo certe nō
demostheni . hoc enim dicendum eēt auro forti : ac
rei militaris perito : qui multa pro re . p . gessit; que ip-
se dicere ac uerbis ostendere nesciret : & ob hoc aduer-
sarioz naturam admiraretur : quod sibi consual esset
impotentie indicendo sue . accusatorem aut̄ uideret
ea facundia predictum : ut nō solum res a se gestas an-
te oculos audientium poneret . Ve; etiam ea que nun-
q̄ gessit; . At cum totus ex uerbis compactus atq; uis
uehementibus et superflue elaboratis simplicitatem si

mulet : quis ferre possit : cuius gulam si quis auferat in-
star fistularum nihil reliquum erit . Miror equidem o-
uiri athenienses : & audire cupio quoniam respectu re-
um absoluetis . Vez quia decretum legitime scriptum
est . At nullum unquam magis contra leges fuit : an quod
auctor eius decreti penam non meretur . At non sunt
apud uos morum censurę si hunc impune dimittatis
illud uero non molestum : quod prius implebatur orchestra
aureis coronis quibus populus coronabatur : quod ex-
tris coronis hec dies assignata est : ex demosthenis uero
actionibus uos coronis & preconis caretis . Hic autem
habetur : et si quis poeta faceret thesitem agrecis co-
ronari nullus uestrum id ferret : quia ignauus et calu-
niator fuisse dicitur : ipsi autem cum hunc uirum co-
ronabitis : non putatis opinionone ac sententia grecorum
exhiberi . Maiores uestri splendida ac preclara facta
populo tribuebant : indigna uero atque abiecta inuocatores
malos referebant . Ctesiphon autem censet infamiam ad e-
mosthene ablatam populo tribuendam : predicatis uos
fortunatos esse ut certe estis : deinde uobis fortunam de-
fuisse : demosthenem uero bene consuluisse decernitis : et quod
est omnium absurdissimum de largitione condemnato
infames esse facietis : quem uero pro mercede in re. pub.
cuncta gessisse nouistis : coronabitis : iudices qui non rec-
te choreas dyomisij iudicant mulctatis : uos autem iudices
non circuloꝝ : & chorearum theatricalium : sed legum et ciui-
lis uirtutis constituti dona non secundum leges neque pau-
cis et dignis : sed procuranti concedetis . Deinde exit ex

iudicio hic iudex : cum se quidem ipsum imbecillum o-
 ratorem nō potentem sua sententia effecerit . Cuius enī
 priuatus in libera ciuitate lege & calculo regnat : quos
 si alteri concedat : suam ipse potentiam dissoluit . Insu-
 per iudicii perituum ipsum sequitur ac stimulat . Cōtra
 uero incerta est : nam calculus secreto redditur . Vide-
 mini autē mihi o uiri athenienses : & feliciter euasisse
 et in periculum uenisse parum consulte . Nam quod &
 multi paucis nimiam potentiam concessistis non laudo .
 quod autem non fuit etate uestra malorū atq; audaciarū
 uiroꝝ feracitas . hoc ego felicitati uestrae ascribo . Superio-
 ribus enim temporibus talia res . p . ingenia protulit : q̄
 per facile potentiam populi p̄ hunc modum sustulerunt .
 Q̄ audebat enim populus adulationibus : itaq; postea eueit
 ut non illi quos populus formidabat : sed illi ipsi quib;
 sese crediderat eum euerterent . Tales quippe aliqui ex
 triginta tyrannis fuerunt : qui plures q̄ mille et quingē-
 tos ciues indemnatos necauerunt . Neq; permittebant
 necessarios defunctorū funeribus ad esse . Non igitur
 subuobis eos qui in re . p . uersantur continebitis : non
 superbos humiliabitis atq; deicietis . Non memineritis
 nullum unq; prius euertere libertatem aggressam fuisse
 q̄ ipse incūitate plus posset q̄ leges ac iudicia . Libentē
 equidem o uiri athenienses in conspectu uestro cum reo
 disauterem ob que beneficia demosthenem putat coro-
 nam merere . Si enim dicis unde principium decreti
 tui fecisti : quod mures : & aggeres bene muniuit ualde
 equidem admittor . Nam causam fuisse ut istis indige-

tenius plus reprehensionis habet quā illa laudis. Non enim decet civem dona petere: quod uallum aut fossam aut muros effecerit: sed quod alicuius boni causa fuerit rei. p. Si uero ibi ad secundam tui decreti partem iniqua scribere ausus es: quod uir bonus & optima populo atheniensi dicere ac facere perseverat: sublata iactatione & adulatione uerborum opera ipsa tange. Ostende nobis quid dicas: amphisseos et cuboee corruptelas omitto: thebane societatis causam demostheni attribuis in quo ignaros quidem decipis: scientes uero et sentientes angis. Tacet enim tempus & occasionem pro qua illa societas inuita est: ac ciuitatis dignitatem demostheni ascribis. Qualis uero sit hęc tua iactatio ego uno exemplo docere conabor. Persarum rex non multo tempore ante transitum alexandri in asiam populo atheniensi epistolam misi barbaram nimium ac superbam: in qua & alia multa indocte ruditerque disseruit: & in fine ita scripsit: Ego uobis aurum non dabo: non me petatis non enim habebitis. hic in idem magnis nunc periculis circumuentus: non petentibus nobis sed sponte sua trecenta talenta populo misit. Que uos merito accipere uoluistis. Ferebat aut uobis aurum illud tempus: & metus et indigentia societatis: hęc ipsa thebanam societatem induxerunt.

Tu demosthenes nomen thebanorum & infelicissimam illam societatem auribus nostris semper inculcas. Talenta uero septuaginta subrices que ex regio auro percepta non reddidisti. Nonne defectu pecuniarum quod quinq;

talenta illis tradita non sunt milites conducti arcem
 thebanis non tradiderunt. Nonne propter nouem
 talenta res archadie infecta remansit. populis iam e-
 gressis ac duobus auxilium ferre paratis. At tu Lo-
 cuplex factus es et cupiditatibus tuis indulges. & ut
 summam dicam aurum regium apud te remansit
 pericula uero apud nos. Dignum est etiam uiri athe-
 nienses istorum ignorantiam conspiciere. Si enim au-
 debit ethesiphon demosthenem indefensionem abdu-
 cere ac ipse assurgens se ipsum laudabit. grauius e-
 rit hec audire quam opa ipsa que fecit submississe. Cui
 enim uiros strenuos quos multa ac preclara gessisse
 constat. se ipsos laudantes non feramus. quis tandem
 hominem qui dedecus ciuitatis fuerit. si se ipsum la-
 udet audire sustinebit. Tu itaque si sapis ab impu-
 dentissima re abstinebis. ac per te ipsum o ethesiph-
 on respondebis. Non enim dicere utique potes te facul-
 tatem dicendi non habere. Eset quippe absurdum
 si nup ad cleopatram philippi filiam ad condolendum
 pro interitu alexandri molossorum regis. Legatus ire-
 suscepisti. nunc autem dicendi facultatem habere te
 negabis. An alienam mulierem uiduam consolari
 potes. Vel talis est quem coronandum censuisti. ut
 nullo dicente abus quibus ille benefecit non cogno-
 scatur. Quere auidiabus si cognouerunt chabriam &
 iphicitatem & thimoteum. & cognosce ab eis quare
 dona illis dederunt. statuas posuerunt. omnes tibi
 respondebunt cabrie propter naualem pugnam cir-

ca naxum . Iphicrati quod sortem lacedemoniorum
per cinit . Thimotheo quod circa coreyram naviga-
uit et ob alia multa que ipsorum quisque in bello gesse-
rat . Demosthenem autem si quis petat : quare non
dabitur : quia largitionibus corruptus : quia timidus
& ignauus : quia aciem deseruit . Vtrum hunc ho-
norabitis an nos ipsos in honorabitis : ac eos simul
qui pro uobis in acie ceciderunt : quos putatis in-
teri meliores ac molestius ferentes si iste coronabitur . Et
enim graue esset o uiri athenienses si ligna & lapides
et ferrum res mutas et sensu carentes si casu quem
occiderint exterminamus : ac si quis necauerit se ip-
sum : manum que hoc peregerit abscondimus : & se-
paratim a corpore sepelimus : demosthenem uero qui
exitialis exitus auctor fuerit : & postea milites prodi-
dit honorabitis : Non contumelia afficientur defunc-
ti : Viuentes autem spem omnem auertent : Cernentes
premium uirtutis mortem esse : memoriam uero eos de-
ficere . Quod si querant a uobis iuniores ad quod ex-
emplum eorum uitam dirigere oporteat : quid illis re-
spondebitis . Satis enim quia neque palestra neque scola :
neque musica solum instruit iuuenes : sed multo ma-
gis publica precoma : pronuntiatur in theatro quis
coronari uirtutis gratia . homo corrupte uite & sor-
dide . Iuuenis hec aspiciens corrumpitur : penam de-
dit improbus leno ut thesiphon est : alii emendan-
tur contra honestatem et iustitiam qui decreuit de-
inde domum reuersus filium monet : ille merito

non audit: sed hæc monitio iuste molestia appellari potest: Vt ergo non solum iudices: sed contemplatores hæc reꝝ sic sententiam feratis: ut sententię uestre rationem ciuibus uestris cum illam repetent: reddere possitis: Scitis enim o iuri athenienses talem uideri ciuitatem: qualis est ille qui pronuntiatur. Est aut turpissimum: uos non maioribus uestris: sed demosthenis timiditati ignauisq; similes uelle uideri. Quomodo igitur hæc infamiam quis aufugiat. Si homines suspectis moribus humanis uerbis caueatis. Nam bonitas & populari nomen in medio iacent: ad ea confugiunt quidam uerbis: qui factis longe absunt. Cum ergo reperiatis oratorem æternarum coronarum & preconiory cupidum probationes uerborum exiuita et moribus eius exigatis: cui hæc non attestantur: non probantur eius laudes: & libertatis curam habetis que iam abiit auobis. An non graue uobis esse uidetur quod iudicia et populus contemnitur. Epistole atq; legationes in priuatas domos ueniunt: non ab hoc: uel illo homine: sed a principibus asię atq; europę: et quarum rerum mors est pena ex legibus constituta: hæc quidam non negant facere sed in conspectu populi fatentur: ac epistolas inter se legunt: alii ut eos intueantur uelut custodes libertatis uestre iubent: alii dona postulant: ut patrię seruatores. Populus autem abiectus: & quasi confectus senio ac dehrus: nomen dum taxat libertatis retinet: facta uero aliis concessit. Postea abitis ex contionibus non cõ filiis auobis traditis sed tanq̃ reliquiis rei. pu. diuisis

id esse uerum inde cognoscere potestis. Fuit quidam
doleo equidem tam sepe calamitates uestras comemo-
rans: fuit uir quidam plebeius qui nauigare in samū
cum uellet tanq̄ proditor patrie comprehensus a con-
silio ariopagi morte damnatus est. Alter quidam ple-
beius ex rhodo reuersus quia non constantiter metum
ferbat iniudicium uocatus pares sententias accepit: q̄
rum si una defuisset aut mortem aut exilium erat
sibi subeundum. Opponamus quod nunc fit orator
omnium maloy causa aciem incastris deseruit. Au-
fugit ex urbe. hic postulat se corona donari ac pronū-
tari in theatro. non reicietis hominem tanq̄ commu-
nem grecoy calamitatem. uel deprehensum tanq̄ py-
ratam sub nomine rei. p. nauigantem peris afflic-
tis. non tempus considerabitis in quo sententiam fer-
tis. prope diem futura sunt apollinis sacra et grecoy
conuentus. Est autem calumnia contra ciuitatem
nostram per hec tempora ex demosthenis actionibus
inducta. Si hunc coronabitis consentire uidebitur pa-
cis transgressoribus. Si contra facietis populum excu-
sabitur. non ergo ut pro aliena sed pro re uestra consu-
lite. nec honores dimittatis sed iudicetis et imprestan-
tiores uiros conferatis. Nec solum corporibus sed o-
culis uos ipsos inspiciatis. Considerate demosthenis
fauores. utrum sint uenationum aut palestrarum
in adolescentia socii. At per iouem non a pros uena-
tus est neq̄ corporis habitudinem exercuit sed arte
meditatus est contra pecuniarum possessores. Vanam

in super eius arrogantiam intelligatis : cum dicit se le-
 gatam ex manibus philippi bizantium abstulisse : a-
 carnana ad defectionem concitasse : thebanos duendo
 conterritos . putat enim uos ita faciles ut credatis
 non calummatorem : sed suadelam incantate aluisse .
 C um uero in fine omnium socios corruptelarum aduocabit
 putetis intueri in hoc suggesto in quo nunc sisto uiros
 amplissimos quorum maxima beneficia in populum ex-
 tant contra illorum scelus resistentes . Solonem cum suis
 pulcherrimis legibus uirum philosophum et legiferum
 optimum grauius ut sibi conuenit uos rogantem ne de
 mosthenis uerba pluris faciatis quam iusurandum et le-
 ges . Aristidem illum iustum qui tributum grecis or-
 dinauit : cuius defuncti filie a populo nupte sunt . me-
 stum et se ipsum afflicentem obuiuitate repulsam ac
 a uobis querentem : annon erubescatis si maiores ue-
 stri archinium zelitem qui aurum ex medis huc tulit
 cum esset huius ciuitatis hospes exilio multarunt et
 quasi necauerunt : uos autem demosthenem non ferentem
 aurum ex medis . sed ex largitionibus eorum aurea corona
 donaturi estis . Themistoclem et eos qui in marathone ceci-
 derunt et qui in plateis : et ipsa maiorum nostrorum sepulcra non
 putatis ingemiscere : si hic qui cum barbaris contra grecos
 sensisse fatetur coronabitur . Ego quidem otterra et sol uirtus
 & intelligentia & doctrina per quam honesta & turpia di-
 noscuntur : auxiliatus sum & dixi . Si bene ac prodigni-
 tate facinoris accusaui : dixi ut uolui summus ut potui
 V os autem exdidistis et omissis iuste pro re . p . decernatis .

EXPLICIT ORATIO HESCHINIS.

ORATIO DE MOSTHENIS PRO THE-
SPHONTE IN HESCHINEM INCIPIT.

PRIMUM quidem uiri athenienses deos at-
q; deas omnes precor ut quantum benignolentia
ipse semp habui & erga hanc urbem & erga
uos omnes tantum mihi nunc a uobis preste-
tur in presenti certamine. Deinde ut quod maxime
in re uestra futurum sit & prouestra pietate atq; glo-
ria id uobis diu in animo ponant. Non autem ut mi-
nico meo pareatis quem admodum in eo audire oportet
a monenti: nam acerbum quidem id esset: sed
legibus atq; iuri inuando: in quo preceteris multis hoc
quoq; iustissime scriptum est: ut ambo pariter audi-
re debeatis: id autem est non solum nihil ex presump-
tione contra quemq; iudicare: nec parci benignolenti-
am utriusq; impartiri: neq; ut quem ordinem et quod
genus defensionis quisq; decertantium elegerit eo uel
suo arbitrio uti permittatis. Multa sunt igitur inq;
bus ego deteriori loco sum q̄ eschinem in hac causa: sed
precipue duo eaq; per magna. primum quod non de
equali re nobis certamen est: neq; enim est par mi-
hi nunc uestra benignolentia priuari: & huic in hac ca-
usa sua accusatione non obtinere: sed mihi quidem
nolo aut queq; triste dicere in principio orationis mee:
Hic uero ex superabundantia quadam ad accusandum
accedit: secundum quod hominibus cunctis natura

natura inest: ut crimina ac maledicta malios libent
audiant: eos uero qui se laudant per moleste ferant.
Hic itaq; quod uoluptatem quandam in se habere in
detur: penes hunc est: quod aut uniuersos ut ita di
cam conturbat: id mihi relinquatur: et si hoc cauens
ea que ante gesta sunt reticbo: nihil habere uideor
quod accusatori respondere queam: nec qual ob res me
honore dignor ostendere. Sin aut ea referam sepe
mihi de me ipso dicam necesse est. Conabor uero q;
modeste id facere: quod aut res ipsa ac necessitas co
get. huic merito imputare debetis qui eiusmodi ca
usam introduxit. Ror equidem iudices uos plane
confiteri comuue ee mihi hac causam cum athesiphon
te: nec minoris omnino cure mihi ee debere: nam
omnibus quidem spoliari durum atq; acerbum est:
maxime aut si ab inimico hoc fiat. presertim uero le
niuolentia & caritate uestra: cuius potiri permaximu
est: cum eiusmodi igitur causa sit: uos oro atq; obsecro
iudices: ut me accusatori respondentem: quemadmo
dum leges precipiunt audiatis: qual is qui a principio
illas condidit solon uir studiosus uestri maximeq; po
pularis: no solum promulgatione atq; scriptura firma
das ee censuit: uer etiam iureiurando eor; qui iudi
caturi forent: non quia arbitraretur uobis fidem de
esse sed quia crimina atq; calumnias ab eo qui prio
ri loco dicit assertas nullo modo reus effugere possit:
uisi quilibet uestrum iudices religionem erga deos co
seruans: cum qui postremo loco dicit beniuole audiat

atq; ita se equum cōmunemq; utriq; summam totius
rei diligenter inspicat. Cum autem & totius priua
te uite & eoz que in re .p. gelli ratio ut uidetur
hodie tno die amē reddenda sit: uolo quemadmodū
a principio feci ita nunc rursus deos inuocare: & in
presentia uestra precor primum ut quantum beniuo
lentie semp habui erga hanc urbem & erga uos omnes
tantum nunc mihi a uobis in hac causa prestetur: de
inde ut qd uobis profuturū & ad gloriam communiter
omnibus & ad religionem singulis uestrum hoc di; ut
decernatis efficiant. Si igitur ea dumtaxat que aculato
rio iure persequebatur aculauisset schines: ego etiam
ad ea ipsa sigillatim respondiſsem. uerū cum ipse non pa
uociora uerba in aliis rebus consumpserit: multaq; con
tra me mentitus sit: iustum simul ac necessarium esse
arbitror pauca de us premittere: ne forte quis uestruz
illius uerbis seductus ea que ipse dicam parum beniuo
le suscipiat. Ad ea igitur que in priuatam uitam meā
contumeliose iactauit: uidete q̄ planissime iuste q; re
spondeam: si uos me talem eē cognoscetis qualem ipse
affirmat: neq; enim alibi ego uixi q̄ apud uos nulla
sit mora: etiam si rem .p. plusq; optime gesserim quo
minus me uestris sententiis concidatis. Sin aut multo
melio rem q̄ istum: ac ex melioribus ortum: & ut nil
molestius dicam mediocribus ciuib; me ac meos
nihil deteriores esse putatis atq; cognoscetis: huic ne
in aliis quidem fidem adhibete. Constat enim ipsum
omnia eodem modo eē mentitum: mihi uero quā omni

tempore beuulentiam in multis certaminibus prestis-
 tistis eandem nunc prestetis. Tu flagitiose eschmes
 stulte nimium putasti me usq̄ in re .p. gesserim re-
 lictis. ad tua maledicta totum conuerti non faciam cer-
 te id non ita timeo: sed publica prius persecutabor
 quetufalso calumniatus es demaledictis aut tuis im-
 pudenterissimi s si istis placebit postea dicemus. Crimi-
 na igitur multa sunt & graua: & quorū pleraq; le-
 ges magnis atq; ultimis uendicant penis. Hęc autē
 accusatio eiusmodi est: ut aduersari contumeliam p-
 caatatem petulantiam atq; huiusmodi simol omnia
 contineat. horū tamen si maxime uera sunt, nō liceat
 rei .p. dignam penam accipere. Non enim decet uis
 populū adeundi nec inodū ac maliuolentię studio
 ponere. non enim rectum nec iustum nec ciuile est
 uiri athenienses: sed si ita pestifere in re .p. uersatus
 sum ut iste nunc clamitabat legitimas penas ascribere
 debuit. si delatione me fecisse digna cognouerat dese-
 rendo: si aliquid contra leges decreuisse de hoc ipso cri-
 mine accusando: & hoc modo in iudiciū me ipsum
 uocare: neq; enim etheiphontē accusare debuit pro
 me. me autē si accusare posse arbitraretur: illum nun-
 q̄ in iudiciū uocasset. At qui siquid ex uis que nūc tot
 uerbis narrabat me fecisse intelligebat: in omnib; qui-
 dem iudicia sunt atq; leges que magnas ac paru- al
 statuunt penas: quay omnium postulare me reum pote-
 rat: quod si faceret non eēt occulta aduersus me acu-
 satio. Nunc autē recta atq; legitima uia relicta: & iu-

xta res ipsas examine de industria uitate: tot iam e-
lapsis temporibus conuicia & iurgia colligens: me qui-
dem aculat: hunc autē sententis iudicium subigit:
& cum uictoria hac causa inimicitiam meam prefe-
rat: mihi tamen ipsi obuiare non uult: sed alium q̄-
rit quem pena afficiat: profecto iudices preter cetera
que quis pro thesiphonte dicere potest: hoc imprimis at-
tendendum est quod inimicitie nre par fuerat ipsos in-
ter nos periculum facere: non autē omnia inter uos contē-
tione alium querere quem malo afficeremus. Ex his q̄
que dicta sunt intelligi potest uniuersa hec crimina nec
iuste nec uere consistere. Volo autē sigillatim ad unum
quodq; eorum respondere: maximeq; ad illa que de pace
ac legatione mentitus est: que ipse cum philocrate patra-
tus est mihi ascribens. Est uō necesse uiri athenienses
qui tunc eēt reorum status memorare: ut ad conditiones
temporis omnia referatis. Focensibus aduersum the-
banos bellum gerentibus: non me quidem auctore: nō
dum enim tunc in re. p. uersabar: uos athenienses sic
eratis animati ut phocensium quidem rebus quibus in-
iuste pugnantium studeretis: thebanorum autē quibus-
cumq; aduersis leuaretur: nec uos immerito id faciē
uidebamini: nam uictoria qua in leuatis potiti erant
non modeste utebantur: peloponnesus omnis diuisa e-
rat: nec u qui lacedemonios oderant ita ualebant ut
eos cuertere possent: nec qui antea propter illos poten-
tes fuerant dominabantur: sed erat apud hos atq; cete-
ros omnes dubium quoddam & ambiguum certamen.

Hec aut attendens philippus neq. enim erant obscura
 singulari civitatum proditoribus pecunia corruptis ad
 invicem eas collidebat omnesq. conturbabat ac deinde
 ipse paratus hoc observans inturbationibus atq. calamita-
 tibus alior. semper ipse suboriebatur. Ut uo longitu-
 dine belli afflictos tunc quidem supbos / nunc aut mise-
 ros thebanos. manifestum erat ad nos confugituros esse
 ne hoc fieret: ne ue he due civitates iungerentur nobis
 pacem thebanis auxilium philippus pollicetur. Quid
 ergo illi suffragium est ad nos sponte fere nostra. deca-
 piendos ceteroꝝ grecoꝝ. siue oportet malitiam siue i-
 gnantiam / siue utrumq. simul dicere: qui longum ac gra-
 ue bellum gerentibus uobis: idq. prouultitate communi
 ut omnes intelligebant facientibus neq. milites: neq.
 pecuniam: neq. ullum omnino auxilium presiterunt
 quibus uos merito infensi pacem philippo non inuiti co-
 cessistis. Fuit igitur pax tunc concessa istis decaulis: no
 auctore quidem me ut iste narrauit: sed hoꝝ dona atq.
 corruptelas in ipsa pace siquis recte consideret presenti-
 um malor. causam ee comperiet: ut paulo post uerissi-
 me ostendam. Quod si maxime infacienda pace aliq.
 fraudis interuenisse iudeatur: nihil certe ad me atti-
 net. Nam pimus eius auctor fuit aristodemus / prom-
 ptissime secutus est & se ipsum addixit philocrates a-
 gnifius tuus o eschines sodalis non meus: nec si disrum-
 paris id mentior. fauerunt aut uobis: qua tandem de-
 causa dicere omitto. eubolus et ehefisolphon. ego autez
 uequaꝫ ueꝝ tamen cum ita sit: cumq. ueritas hoꝝ ita

patet: in id impudentis processit: ut dicere auctorem
me preter quod pacis faciente cum philippo auctor
fuerim etiam prohibuisse ciuitatem quominus in comu-
ni collegio grecorum foret. Deinde o quid autem si dixit
quispiam recte te appellabit: an tu aliquo loco cum me
huiusmodi societatem tam opportunam impediens
uideres grauius tulisti aut unquam conquestus es: aut
que nunc accusas tunc ostendisti. At qui si ego corru-
ptus a philippo hanc societatem impediens uideres
grauius tibi non silete reliquum fuit: sed clamare
atque attestari & id ciuitati palam facere: quod nunquam
fecisti: nec te unquam de istis rebus dicentem audiuit quis-
piam: nec unquam tunc aberat ulla legatio ad quemquam gre-
corum missa: sed iam pridem omnes redierant: nec in
hoc quicquam sinceri narrauit & preterea aduersus ciuita-
tem calumniam maximam inducit falsam tamen.

Nam si uno ac eodem tempore ceteros quidem grecos ad
bellum prouocabatis: uos autem legatos uestros pacis fir-
mande gratia ad philippum mittebatis. Euribatis id
erat factum non ciuitatis: nec bonorum uirorum: sed non
est ita non est: nam quam ob causam in eo tempore uo-
cauissetis: ad pacem at erat omnibus ad bellum: at ip-
si de pace consilium ceperatis. ergo nec ut principio fi-
eret pax: dux aut auctor ipse fuisse reperior: nec cetera
in quibus me calumniatus est. uera esse apparent. Post pa-
cem unquam cum philippo factam: uidete quid uterque nostrum
sibi sumplerit agendum ex hoc enim intelligetis quis
fuerit philippi fautor ad omnia perficienda: et quis p-

uobis atq; cōmodis uestris omnia gerebat. Ego igitur sententia mea tunc decreui ut legati celeriter ad ea loca nauigant̄ inq̄bus philippum fore audirent ac iusiurandum ab eo reciperent. si aut̄ nec cū me audire decretu; eēt facere uoluerunt. Quid uero id referret iudices ego ostendam. philippo quidem conducebat q̄ plurimū temporis medium fore ante q̄ iusiurandum prestaretur. nobis aut̄ ut q̄ breuissimum eēt. Quamobrem: quia uō quidem non solum ex quo die iurauissetis: sed ex quo sperauissetis pacem eē faciendam omnem apparatus belli dissoluistis. Ille uō omni tempore hoc uel maxime captauit: putās id quod erat uerissimum quecunq; ex nr̄is cepisset priusq̄ iusiurandum prestaret ea omnia se essetenturum: nec ob id pacem uiolatam dici posse: quod ego prospiciens atq; confidens sententia mea decreui: ut legati ad philippum celeriter nauigantes iusiurandum acciperent: ut habentibus focus nostris tracie loca que iste nunc subtraxit: ferrum uidelicet & myrgiū et ergysam iusiurandum reciperetur: nec anticiparet ille in locis maxime oportunis ad bellum gerendum occupādis: ne ue inde pecuniar̄ ac militum copiam nancisceretur ad cetera euertenda. Sed hec nō memorat eschine: nec decretum hoc recitat: si uō legatos philippi recipiēdo censui hoc reprehendit quid agere debui: an decerneret̄ reciperentur: si qui ea de causa uenerant ut loquerentur nobiscum: aut ne architectus locum ess̄ in theatro daret: at pro duobus nummis id sibi comparassent: si non decreuissem. Ea scilicet que paruam utilitatem rei

publice afferebant : curare me oportuit : uniuersa uero que
 admodum isti uenalia habere : nequaquam . Recita igitur hoc
 decretum quod iste sciens prudens que preterit . **DECRE**
TVM : hoc me tunc decernentem : & utilitatem rei pu-
 non philippi sequentem : contemnentis isti boni legati : tre-
 menses totos in macedonia desederunt : quo ad rediret :
 philippus omnibus in thracia locis per uim occupatis :
 dum liceret eis a principio decem diebus : unmo autem tri-
 bus aut quattuor in helespontum profectis iusiurandū
 accipere : & loca illa ab omni periculo liberare . Neque
 enim ea tenuisset presentibus nobis philippus : aut ius-
 iurandum non recipissemus : itaque nec utrumque simul
 haberet & pacem et oppida . Prima igitur impia legati-
 one philippi quidem fraus : corruptela autem pessimorum
 hominum huiusmodi fuit : cuius gratia & tunc et nunc
 et semper istis me profiteor inimicum . Aliud demum
 etiam maius & grauius facinus animaduerte . Postquam ius-
 iurandum prestitit philippus amissa prius thracia istorum
 culpa qui meo decreto parere noluerunt : rursus emit-
 abitis ne ante macedonia decedant : quam exercitum contra
 phocenses parauisset : ne ea re huc nuntiata et consilio e-
 ius cognito uos intra pylas nauigantes : ut prius fecistis
 aditum clauderetis : sed audiretis ipsum pylas ingressi
 cum iam nihil impedire ualeretis : uerum quia timebat
 ne pylis etiam occupatis ante quam phocenses euerteret a-
 uilium mitteretis : atque ita res ipsam frustraretur : rursus
 istum mercede conduxit : non iam una cum ceteris : sed
 separatim : ut ea uobis nuntiaret perque omnia perire .

Obsecro uiri athenienses ut in tota hac causa memineritis
quod si nihil uagatus fuisset eschines extra terminos
accusationis sue : nec ego uerbum de aliis rebus fecissem :
sed cum maledictis aduersus me omnifariam sit usus
necesse est mihi quoq; ad unum quodq; pauca respondere
Que igitur fuerunt uerba que tunc ab isto dicta omnia
subuerterunt : non eēt ob id trepidandum quia philip-
pus pylas intrauit : nam omnia euentura eēt que cupe-
retis si quietem ageretis audituros enim duobus aut tri-
bus diebus : quibus ut hostis uenerit philippus eisdem
amicum factum : quibus uero ut amicus hostem : non
enim uerba amicitias firmare : sed usdem conferre : cō-
ferre aut tam philippo q̄ phocensibus q̄ uobis : ut in so-
lertia ac petulantia thebanorū comprimeretur : Hoc mul-
ti leto animo audierunt : propter eam que tunc nobis
erat cum thebanis dissensio : sed quid paulo post euenit :
miseri phocenses delati sunt : eorū q; urbes euerse . Vos
aut hoc auctore ac suafore quietem agentes : ex agris om-
nia reportare & in tutum conferre necessitatem habuistis
hic uō aurum accepit & preterea inimicitia aduersus
thebanos nobis remansit : gratiam uō horū factorū phi-
lippus adeptus est : ut aut ita fuisse uideatis recita m̄
callysthenis decretum ac philippi epistolam : nam ex
us duobus omnia erunt uobis manifesta : dic. **D E**
C R E T V M . An ad hoc pacem fecistis uiri atheniē-
ses : an hoc mercemarius iste uobis nuntiauit : **R e c i**-
t a nunc epistolam quam postea philippus huc scripsit
E P I S T O L A . Audite q̄ manifeste in hac episto-

la socius suus ostendit se hęc inuitis ac dolentibus uo-
bis effecisse. Quamobrem si recte sapiant thebani q. &
thessali, hos inimicos putare debent: mihi autē credere
que licet non isdem uerbis scribat eandem tamen ha-
bent sententiam itaq. sic eos sibi obnoxios fecit: ut ni-
hil post hac suspitionis aduersus eum susciperent: sed
se se illi credere non uerentur: omniaq. eius fidei pmit-
tere. Ex quo factum est ut miseri thebani in presentes
calamitates inciderunt. hic uero qui fautor & adiu-
tor fuit philippi: qui falsa renuntiando uos decepit
ipse nunc thebanorum calamitates deplorat, eorumq. exitū
miserabilem enarrat, cum ipse thebanis & phocensibus
& ceteris grecis causa fuerit malorum omnium. Te uide-
licet eschines thebanorum angit casus eorumq. te miserē
qui possessiones in boetia habes ipsorumq. agros colis. Ego
uō gaudeo qui confestim postulans sum ab eo quia ista
perfecit: sed in cuiusmodi uerba incidi: que paulo post
fortasse magis conuenient. itaq. redeo ad id quod ince-
peram ostendere: horum sceletra atq. corruptelas presen-
tium malorum causam fuisse: nam uobis p. huiusmodi
homines qui in legationibus corrupti nihil sani renū-
tiabant deceptis: deceptis etiam miseris phocensibus
eorumq. urbibus euerfis: statim factum est ut detesta-
biles thessali & amentes thebani amicū patronum
& bene dese meritum philippum nuncuparent: omnia
q. nullo uno ponerent: nec uocem cuiusq. audirent q.
contra monere uellet. Vos autem hęc insipientes
quanq. grauius ferretis pacem in bilominus seruabati.

soli enim nihil facere posse uidebamini : et ceteri gre-
 ci eodem modo ipsi quoque decepti : & spe illorum que cre-
 diderant destituti pacem itidem libenter agebant .
 iam antea quodammodo a philippo superati . Nam cum
 illyrios & triuallos & nonnullos etiam grecorum subegit
 philippus & ingentes sibi copias parauit : et quidam ex
 ciuitatibus sub pacis licentia illum aduentus quorum iste
 unus fuit : corrumpebantur tunc omnes contra quos ista
 preparabat oppugnabantur . Quod si non intelligebant
 alius hic est sermo : nec ad me quidem attinet . nam
 ego predixi & protestatus sum : & apud uos & apud omnes
 ad quos legatus sum missus : sed ciuitates ipse uariis mo-
 dis laborabant : nam & ii qui rem. p. gerebant pecunia
 erant corrupti & priuati ac multitudines partim non
 intelligebant : partim quotidiana quiete facilitateque allec-
 ti : cum hoc esset communis morbus : nec tamen ullus pu-
 taret hoc malum sibi potissimum euenturum : sed ce-
 terorum periculis sua intuto fore arbitrarentur : tandem
 euenit ut populi ipsi ac multitudines pro breui quiete
 libertatem perderent . principes uero cum alios uendere
 putarent : se ante omnes uenditos cognoscerent . Nam p
 hospitibus & amicis qui tum nominabantur cum mu-
 nera capiebant : assentatores et scelesti & cetera huius
 modi quemadmodum decet appellari se audiunt . ne-
 mo enim pecuniam dando proditoris querit utilitatem
 nec cum earum rerum quarum gratia pecuniam trade-
 bat potitus est : in ceteris rebus agendis proditoribus
 consilio utitur : nihil enim proditore esset felicius : sed

non est ita non est. At cum ille qui dominari quere-
bat rem proficit: ipsius quoque proditoris dominus factus
ac improbitatem eius cognoscens illum odit ac reicit.
C Considerate enim nam et si rex ipsarum tempus preterit
intelligendi tamen atque cognoscendi semper est tempus sa-
pienti. Eo usque lasthenes amicus philippi uocabatur: do-
nec thebas euertit: eo usque eudias & simul larissei quo
usque thessaliam philippo subiecerunt: sed postea expulsi
atque abiecti & summis incomodis affecti uniuersum or-
bem proditoribus impleuerunt. Quid aristotatus insicio-
ne: Quid perilaus innegaris: non et ipsi eodem modo
despecti: ex quo manifeste intelligi potest illum qui
maxime patriam tuetur suam et se istis plurimum
opponit eum esse qui uobis eschines proditoribus merce-
de corruptis prestat accipiendi pecuniam facultatem &
beneficiis eorum qui uestris consiliis aduersantur salutem
simul et lucrum retinetis: nam quantum in uobis est
iam dudum perissetis. Ac de illis quo tunc gesta sunt que
que multa preterea dicere possem finem facio: putans
etiam plura que satis est amice dicta fuisse: cuius tamen
rei iste causa est: qui tanquam sentinam aliquam intiorum
suorum in me superuertit: que necesse fuit iuniorum
causa refelli nam uobis ceteris fortasse tedio fui: quibus
prius etiam que uobis quicquam dicerem nota fuerat huius
mercennaria locatio: quam ipse quidem amicitiam
& hospitalitatem ipsam appellat: et nuper quodam loco
ait me hospitalitatem alexandri tanquam probum
sibi obiectare: Ego tibi hospitalitatem alexandri: unde

aut quomodo illam consecuto nec te philippi hospite
 nec alexandri amicum nuncuparem unq̄: non ita de
 supio: nisi forte messorum ac ceteri operarii qui pecunia
 conducuntur amici atq; hospites nuncupandi sunt: s;
 non est ita non est. At te philippi primo: & nunc ale
 xandri mercennarium appello: nec solum ego: sed isti
 omnes de quo si forte dubitas interroga immo ipse ego
 id pro te faciam. Vtrum uobis ouiri athenienses ui
 detur mercennarius an hospes alexandri eē eschines:
 audis quid respondene: Volo igitur iam ad ipsam ac
 cusationem proficisci: et res a me gestas memorare ut
 licet sciens eschines audiat tamen quenam illa sint ob
 que uis qui nunc decreti mihi sunt honores ac eēt maio
 ribus me dignum eē ducam: Recta mihi accusationem
 ipsam. **ACCUSATIO.** Hec sunt uiri athenienses
 que acusator persequitur: ego aut̄ ob hoc ipō arbitror
 manifestum uobis faciendum me ad omnia iuste re
 sponsum eē: quod hunc ipm̄ sequens scripture ordi
 nem ad singula deinceps respondebo: nec quicq; eorū
 sponte mea preteribo. Quod igitur scripsit me ūbo
 et opere semper atheniensi populo profuisse: paratū
 q; eē benefacere atq; ea de causa me esse laudandum:
 horū examen in publicis rebus eē arbitror: nis enim
 discussis uera an falsa sint que cthesiphon de me scri
 psit apparebit. Quod uero non adiunxit: demum
 cum rationem publice administratorū reddiderim
 tunc fore coronandum me: quodq; in theatro corona
 tionem faciendam eē censuit: pertinere et hoc puto ad

ea que in re. p. gessi an dignus sim corona et theatra-
li preconio nec ne. Leges etiam ostendende uidentur
per quas huic ea scribere licuerit. Per hunc equidem
modum uiri athenenses iuste atq. recte accusatori re-
spondere statui. Pergo itaq. ad illa que ipse gessi: nec
tamen quisq. putet me ab accusatione ipsa sermonez
distrahere. si in res grecor. incidero: nam qui eam
partem persequitur in qua scriptum fuit: me opere
& uerbo benefacere. si necessitatem mihi imponit hui-
modi res a me gestas referendi. Deinde cum multe
sint partes et quasi membra rei. p. ego eam partem
mihi assumpsi que ad res grecor. pertinebat: quare
ex his ipsis probationes me facere conuenit. Que igitur
philippus ante q. ego me ad rem. p. conferrem occupa-
rat omitto: nihil enim id ad me spectare arbitror.
Que uero ex quo die in hoc loco constitutus sum prohibet
est hec ego referam et eor. rationem reddam hoc
tantum premissis. Magnum adumentum uiri athe-
nenses tempor. conditio attulit philippo. non enim
apud hos uel illos: sed per uniuersam simul greciam
tanta proditorum ac malorum hominum copia hoc
tempore fuit. quantam nemo unq. prius recordatur
fuisse. quibus fautoribus & ministris usus philippus
grecie populos iam antea haud quaquam adinuicem pa-
catos: nec tranquillos etiam magis turbauit: & hos
deciendo illis donando quosdam uero penitus corrū-
pendo in multas partes disidit: cum una cunctorum
esset utilitas obstare scilicet ne ille magnus fieret. In

hoc itaq; statu rerum atq; in hac ignoratione nascentis
 atq; crescentis grecorum omnium cladis; consideran-
 dum auobis est uiri athenienses quid hec ciuitas fa-
 cere quid ue eligere debuit: ac huiusce deliberationis
 ame rationem postulandum. nam ego has partes rei
 p. gerendas. utrum debebat eschines dignitate sua o-
 missa instar thessaloy atq; dolopum philippo auxi-
 lium prestare ad greciam subigendam: & si maioruz
 res gestas gloriamq; perimere. An uo hoc quidem no
 facere: nam nimis id certe graue: sed que uentura
 cernebat si nemo prohiberet: hec qualiacunq; forent
 negligere. At equidem ab eo qui maxime consilium
 tunc sumptum reprehendit libenter nunc peterez
 cuius partis uellet hanc ciuitatem fuisse: utrum eius
 que philippo coniuncta presentium maloy causa fuit
 cuius partis thessali et eorum complices dici possut
 an eius que proprie commoditatis spe neglexit hec
 euentura iniqua archades: messamios et argiuos pone-
 remus. At hoy pleriq; immo uero omnes grauiora
 q; nos perpassi sunt. Et enim si simul atq; uicerat phi-
 lippus euestigio abisset: & postea quietem egisset: nul-
 li nec socioy nec ceteroy molestus: tamen esset aduer-
 sus eos qui se illi non opposuerunt querela quedam:
 atq; reprehensio. Sim pariter omnibvs dignitatem
 imperium libertatem ademit: ciuitates etiam q̄tum
 potuit cur non optimum auobis consilium sumptuz
 fuisse me auctore atq; adhortatore confitendum est:
 sed illuc redeo: quid hunc populum eschines facere

17
deciit : cum cerneret philippum dominatorem ac ty-
rannidem sibi in greca comparantem : aut quid me-
ciuem & consultorem athenis : nam id quidem pluri-
mum refert decernere : qui sciebam ex omni tempore
usq; ad illum diem in qua ego suggestum ascendi sem-
per de principatu de honore de gloria patriam certauis-
se pluresq; uiros & pecunias consumpsisse prodignitate
et communi grecorum utilitate quam reliqui omnes gre-
ci pro se ipsis consumpsissent. Videbam insuper phi-
lippum ipsum cum quo nobis erat certamen pro do-
minatu atq; potentia oculo perfollo fracto humero ma-
nu atq; crure debilitatis quamcumq; corporis parte abice-
re libenter paratum : ut reliquum tempus cum honore
atq; gloria uiueret. At qui nemo unq; dicere audeat
huic quidem ipse loco tunc ignobili ac paruo edu-
cato tantam magnitudinem animi conuenisse ut gre-
corum dominatum affectaret & hoc in mente sua po-
neret : uobis aut athenensibus qui quotidie incun-
tis sermonibus : cunctis q; spectaculis monumenta uir-
tutis maiorum uestrorum intueremini tantam ignauiam
adesse debuisse ut grece libertatem sponte uestra phi-
lippo abiceretis. Nemo certe ista diceret : reliquum
ergo erat omnibus que contra nos ille per inuiri-
am faciebat iuste repugnare hoc uos quidem ab initio
recte atq; ordine fecistis. Ego aut dum in re. p. uer-
sarer hoc idem suasi : fateor id quidem sed quid oportebat
me facere : iam enim ex te peto cetera omnes
amphipolim pydnam potydeam alounesum : horiun-

omnium obliuiscor ferrum atq; dorisam & parathi
 direptionem ac alias huiusmodi iniurias pretereo: nec
 si unq; fuerint scio. Quanq; tu modo asseruisti me ita
 dicentem hos in bellum comecisse: cum cuboli et aristlo
 phontis & diopithis sint ista decreta non mea. o quecuq;
 cupias faciliter asserens: nec tamen in presentia de his
 loquar: sed qui cuboia occupata oppugnaculum ad usus
 athicam. constituerat: qui megaram tentarat: qui oreo
 occupauerat: qui porthunum diruerat: qui in oreo
 philistidem in creta. clithareum tyrannos posuerat: qui
 hellespontum tentarat: qui bizantiurn obsederat: qui
 urbes grece alias enertebat: malis exules reducebat:
 utrum cum ista faceret iniurandum contemnebat et
 pacem rumpebat: an non: et utrum hoc prohibere que
 q; grecor; oportuit: an non: Si nullum oportuit: sed
 nysorum ut aiunt preda fuit greecia. concedenda ui
 uis atheniensibus atq; extantibus: superuacue fuerunt
 mee curę: superuacua etiam ciuitatis opera que mi
 hi assensa est. omnia hęc mee culpe ac meo errori a
 scribantur. Sin aut; oportuit quenq; uis se opponere:
 quem alium q; atheniensem populum magis decebat:
 Hor; igitur ego tunc auctor fui & aduersus illius impe
 tum quo cunctos mortales in seruitutem rapiebat: ipse
 restiti semper admonens atq; obtestans hoc philippo
 nequaquam esse concedendum. pacem tamen ipse rumpit
 naues capiendo non ciuitas eschines. Affer decreta ipsa
 & philippi epistolam et per ordinem recita. Nam ex
 cog; cognitione quis cuiusq; rei causa fuerit manifeste

apparebit. **DECRETVM**. huius igitur decreti
eubolus auctor fuit non ego. proximi uero aristopho
deinde hegesippus. postea rursus aristophon. postea
philocrates. postea cephalophon. postea omnes alii ego
aut nequaquam. Recita id decretum. **DECRETVM**.

Vt ego igitur hec decreta ostendo. sic tu eschines aliquod
meum decretum ostende. per quod ego uidear belli
causa fuisse. sed non potes. si enim posses nihil prius
attulisses. At qui nec philippus ipse me de hoc bello ac
cusat cum ceteris succenset. recita epistolam philippi
EPISTOLA. hic demosthenis nulla mentio. nec
aliquo modo me in crimen adducit. Cur igitur alios
increpans. me non commemorat. quia sibi ipsi consa
uis uerebatur. ne si me per litteras suas lacessisset ego
eius iniurias nudarem. nam probe illas tenebam sibi
quod me opposueram. primum enim legationem nupel
loponeisim subiit. deinde moreon non iam legatio
nem sed auxilium urbanarum copiarum. deinde inere
triam cum ille tyrannos in his urbibus constituit. de
inde ineretriam cum ille tyrannos in his urbibus con
stituit. deinde omnes classes mihi per quas et chero
nessus et bizantium atque ceteri socii nostri ab illius
conatibus fuerunt defensi. ob que uos o uiri athenie
ses laudem gloriam honorem gratias coronas ab
illis qui beneficia acceperunt adepti estis. si uero qui
opprimebantur. seruati sunt. qui uobis crediderunt.
qui autem aspernati sunt. ea tulerunt que uos sepe
numero eisdem predixeratis. intellexerunt quod uos

sepe numero eisdem predixeratis : intellexerunt q̄ uos
 non solum beniuolos erga se fuisse : uey etiam pruden-
 tes & uenturi prescios . cum omnia euenissent . ut an-
 tra dixeratis . At qui quod magnam pecuniam dedis-
 set philystidis ut oreon haberet : magnam clytarchus
 ut exetrium : magnam ipe philippus ut hec contra uos
 possideret et in alius non argueretur . nec audirentur
 eius fauora : nemo penitus ignorat . et tu mimime
 omnium eschines qui legatos clytarchi atq; philystide
 huc missos domi tue habuisti : quos ut hostes atq; ini-
 qua postulantes ciuitas repulit : tibi erant hospites at
 q; amici . Non igitur horū quicq̄ est factum o impro-
 be calumniator : qui pecunia accepta me silere dicis .
 sed cum assumpta est tunc rursus clamare . At non
 tu quidem ita : sed clamas cum acceperis : nec in q̄ ces-
 sas nisi te hodie damnatum isti cessare faciant . Cum
 me igitur tunc horū gratia coronaretis : cum eisdem
 syllabas tunc aristomachus decreto suo quas nunc ethe-
 siphon percipisset : cum in theatro huiusmodi corona-
 tio per preconem coronaretur publicaretur : non con-
 tradixit eschines : nec illum qui tunc auctor fuerat
 accusauit . Cape hoc decretum euenisse : aut substan-
 nationem uel risum ut iste nunc futurum predica-
 bat si coronā donaret . At qui cum recentel sint res
 atq; omnibus note : tunc si recte sunt gratia : si alit̄
 pena solent potiri . Ego uō ut apparet gratia tunc po-
 titus sum non aut̄ pena aut̄ reprehensione . Igitur
 usq; ad illa tempora in quibus hec gesta sunt semper

recte fecisse uideor: & uincendo in consultationibus euz
dere .p. consulereur: & perfectione: rez. ex quibus e-
tiam coronarum honores: & ciuitati & uinhi et uobis
omnibus euenerunt: et pro rebus prospere gestis sup-
plicationes decrete. Cum igitur philippus ex cuboia
pulsus est armis quidem a uobis consiliis autem atq;
decretis: & si illi discriminantur a me: aliud contra hac
urbem oppugnaculum quesitum. Nam uidens nos ultra
omnes homines frumento importato uti: atq; cupies
transmissionem huiusmodi in suam potestatem redige-
re: thraciam profectus a bizantiis: qui per id tempus si-
bi erant socii postulauit: ut una secum uobis bellum
inferrent: quod cum illi negarent: nec ea de causa soci-
etatem coisse dicerent: machinis instructis: ualloq; cir-
cumdato bizantium obsedit. Que cum ita essent: qd
uobis agere: & decretum non amplius percontabor: nam
id quidem manifestum: sed quis bizantium auxilium
tulit: quis ipsos seruaui: quis hellepontum retinu-
it: uos quidem uiri athenienses: cum uos dico ciuita-
tem dico. Quis aut hec in re .p. consuluit: & decreuit:
et sese in iis rebus totum sine ulla exceptione dedit:
ego. Hec quantum utilitatis attulerunt uerbis pro-
bandum non est: cum re sitis experti. Nam preter
gloriam quam assecuti fuistis uilitas annonae maior in
illo bello fuit q̄ in presenti pace: quam isti boni uiri
contra patriam quadam spe ducti conseruant. Que
spes eos fallat: nec fiant illorū compotes que uos a-
dus immortalibus optatis: nec uos experiri sinant:

que illi exoptant. Recita bizantiorum & perinthiorum
coronas quibus hanc civitatem donauerunt. DECRE
TVM. Recita et eas coronas que ex cheronimense
se sunt. DECRETVM CHERONNENSE Nō
solum ergo ut bizantium perinthiaq. seruetur nec
ut hellepontus ex faucibus philippi eriperetur et ho
nores prorsus rebus in eo consilio gestis civitati haberē
tur in ea opera est factum: uerū etiam cunctis mor
talibus ostensum: que essent huius civitatis uirtus
& philippi fraus: ille enim bizantios amicos ac soci
os palam obsidebat: quo nihil turpius ac sceleratius
fieri potuit. Vos autē cum multa uisite succensere
eisdem haberetis que contra uos ingratis cōmiserant
obliti iniuriarū eos perire non permisistis: sed mani
feste seruastis: ex quibus gloriam et benignitatem
apud uos omnes comparastis. At qui quod multos
iam excubiis coronauistis manifestum est: quod
autem per alium ciuitas ipsa coronata fuerit: con
sultorem dico et oratorem: preter q̄ per me dici nō
potest. Ut igitur ^{ipsa} maledicta que aduersus cubios ac
bizantios iacuit: siquid durius ab illis contra uos fac
tum erat memorando nō solum falsa ostendam: nam
id quidem uos intelligere arbitror: uerum etiam si
maxime uera essent: ita ut ego decreui in his rebus
facendum fuisse unum aut duo de us que preclare
maiores nostri gesserunt breuissime commemorare:
uolentiam & priuatum singuli & publice uniuersi ad
exemplum eorum que bene & laudabiliter gesta sunt

cetera omni conatu persequi debent. uos igitur uiri
athemenfes lacedemoniſ terra mariq; dominantibz
atq; omnia circa athicam ſuis magiſtratibus preſidiſ
q; tenentibus euboiam tanagram boetiam totam rne-
garam eginam cleonal alias q; inſulas cum nec na-
uiſ nec menia hec ciuitas haberet inaliartum exiſt
& haud multo poſt rufuſ in corinthum cum et the-
banis & corinthiſ merito poſſet noſtra ciuitas ſuccen-
ſere pro ul que in decellico bello utriq; effecerant ſed
nequaq; ita fecerunt. Hęc ergo elchines tunc nec pro
bene meritis geſſere nec ſine periculo eē uidebant
ſed nequaq; ea de cauſa ſupplices ad ſe fugientes abie-
cerunt ſed pro gloria & honore res arduas ſponte ſu-
ſceperunt recte atq; honeſte conſulentes nam cunc-
toꝝ quidem hominum finis eſt morſ etiam ſi in cu-
biculo quiſ ſe ipſum includens conſeruet. Debet uō
probos uiros ſemper res magnas & preclaras aggredi
bonamq; ſibi ſpem proponere quemcunq; autem e-
uentum deus dederit generoſe perferre hoc maiore
ueſtri fecerunt qui lacedemonioſ non amicos non
benemerentes qui magnis iniuriſ hunc populum
affeceant cum thebani poſt uictoriam in leuctriſ pa-
ratam eoſ delere pergerent ſe opponentes ſeruauerūt
non potentiam formidantes nec reputantes que fu-
iſſent opera eoz pro quibus pericula ſuſceperent.
Vez enim uero amice grece oſtenderunt quod
quanq; uoſ quiſ iniuriſ affecerit ſi illi ſeruitutis aut
excidij periculum imminet in hoc tempore iniuri-

arum acceptatarum non meministis : sed iram uestram
ad alia referuastis : nec in uis solum huiusmodi fuistis
sed rursus cum thebani euboiam inuaderent / non de
spexistis : nec illorum que athenisone ac theodoro apud
oropon contra uos facta erant meministis : sed auxili
um tulistis : prefectis nauium quorum ego unus fui tunc
primum uoluntarie profitentibus : sed non dum de
uis . At qui preclarum fuit insulam illam seruare : pre
clarius tamen quod cum et omnes urbes eius insule in
potestatem uestram peruenissent : illis qui uobis in
iuriati erant sine ulla contouersia reddidistis : nulla
iniuriarum ratione habita in quibus uobis se crediderat :
multa pretereo que commemorare possum : pugna na
uales : terrestres exercitus : bella & superiori tempore
& nostra etate ab hac ciuitate suscepta oblibertatem ac
salutem ceterorum grecorum . Ego igitur qui uidebam in
tantis ac tam arduis rebus pro alienis commodis po
pulum atheniensem certauisse : cum de propriis ipsius
quodammodo consuleretur : quid decernere mea senten
tia debui : an inferos esse aduersus eos qui ad uos con
fugebant : & causam querere per quam omnia perde
rentur : et quis me uisite non necasset : si gloriam huius
urbis uel uerbo solum deturbare conatus essem : nam
re quidem ipsa uos certo scio non fecissetis : si enim
uoluissetis quid obstabat : an non licebat : an non e
rant isti qui hoc uobis suaderent . Volo igitur redire
ad ea que in re . p . gessi : et rursus in uis considerare
quid ciuitati conducebat : nam cum uiderem miri a

87
athenienses rem naualem uestram plurimum dissolu-
tam et locupletes quidem pene immunes esse: me-
diocres autem et egenos ita onerari ut perire cogeren-
tur et ob hoc nihil suo tempore in hac urbe fieri lege-
tuli per quam locupletes iusta facere cogi. pauperes
uero ab iniquo honore delibetari & quod rei p. utili-
simum erat res suo tempore: ut fieri possent dispo-
sui. Qua de re cum dies mihi diceretur quod contra le-
ges scripserim ad uos confugiens euasi: nec quintam
partem sententiarum accusator reportauit. At quod mul-
tam pecuniam princeps summorum aut secundos &
tertios putatis mihi daturus fuisse: ne huiusmodi lex
ame promulgaretur: uel ut saltem eam promulga-
tam deseruissem: tantam mihi athenienses quantam
equidem referre uobis non audeo: nec immerito id
facere uidebantur: nam ex prioribus legibus .xvi. si-
mul munus obibant: sed ipsi quidem nihil uel parum
soluentes egenos diuisis suo honore premebant. Ex me
a aut lege factum est: ut quisque secundum uires patri-
monii contribueret: et qui prius sextus et decimus
contributor unius fuerat: ex mea lege duas uariarum
prefecturas subiuit: antea enim non prefecti appella-
bantur: sed contributores: quare ut dissolueretur lex
nec ipsi iustum onus subire cogentur: nihil est quod
dedissent. Beata mihi primum decretum ipsum ob-
causam dies est mihi dicta. deinde catalogum
cum ex prioris lege tum postea ex mea. **DECRET.**
Beata catalogum. CATALOGVM. An parum.

uobis pauperibus operam tulisse uideor: an pauca diuites fuisse daturos putatis ne haec lex ferretur: non igitur ob id solum gloriari mihi licet: quod non obtinui nec quod accusatus euasi. uerum etiam quod utilem tulerem legem ut experimento docui. Nam cum durante bello semper classe res. p. uteretur: nec deprecatione posuit praefectus quisque nec ligatus est: nec nauis ulla importu relicta: cum nauigare non posset: nec innauigando amissa: quae secundum priores leges saepe numero eueniebant: pauperibus sua munera obire nequeuntibus ego ex inopibus ad opulentos haec onera tradixi. ex quibus omnia ut decens erat proasserunt: atque ea de causa et me laude dignum duco: quod huiusmodi rerum semper auctor fui: ex quibus gloria honor & potentia ciuitatis creuit: malignitas obreptatio: aut acerbitas in rebus amegestis nunquam reperietur: nec abiectum aliquid: aut rei. p. indignum: eandemque mentem in re. p. nostra: atque in communibus omnium grecorum rebus seruaui. Neque enim in hac urbe locupletium hominum gratia plus apud me ualuit: quam rei. p. commoda: neque in rebus communibus dona aut hospitium philippi uerise graeciae commoditatibus ante tuleri. Reliquum est arbitror: ut deprecatione ac rationibus reddendis dicam nam bene gessisse in re. p. promptumque benefacere: et beniuolentum fuisse: satis abunde superius demonstratum puto: quantum maxime partem rerum amegestarum preterierim: cum quia deinceps accusatori respondendum uolo: tum quia et similibus deridique rebus gessis meis

dicam: tamen quisq; uestrum simile propositum mil-
lis concipere debet. Que igitur iste sursum deorsumq;
differuit: delegibus contra quas actesiphonte scriptum
esse asserit: nec uos reor intellexisse: nec ego magna
ex parte ea assequi potui. simpliciter ergo & recta uia
deuribus disputabo: tantum enim abest ut me ob-
noxium legibus ee negem quod nunc iste dictabat:
ut etiam per omnem uitam me obnoxium illis fore
profitear. pro uis rebus quas uel administraui uel
in re .p. gessi: coru. tamenq; ex proprio patrimonio
ipse populo donauit: rationem ullam ame reddi oportere
dico: nec pro illis ullam diem ee obnoxium au-
dis eschimes: nec alium quenq; denouem magistrati-
bus quicumq; is sit. Que enim lex tam iniusta ac ita
inhumana reperiri potest: que eum qui ex suo patri-
monio liberaliter donauit: non solum omni gratia
priuet uel etiam accusatoru. calumniu. subiciat:
computis q; & calculis donatoru. obnoxium faciat:
nulla certe: quod si negas ostende: ego acquiescam
atq; tacebo: sed nulla est huiusmodi lex uiri atheni-
enses. Laudauit illum inquit senatus rationibus red-
dendis obnoxium non de illis quidem obque obno-
xiu. eram sed deus que insuper donaueram: ca-
lumniator. At muro. urbis curator fuisse in-
quit. at ob hoc ipsum merito laudatus sum. quod
demeo expendi: nec computaui. Ratio enim datoru
& acceptoru. examen requirit. Donatio uero lau-
de atq; gratia potiri debet: quamobrem hec iste de-

me scripsit : & hoc ita esse ac non solum ex legibus :
 uerum etiam ex uestris moribus ita disposui : ego facile
 ostendam . Nam & nauicles pretor ob ea que ex propo
 consumpserat pluries apud nos coronatus fuit : & di
 otimos cum scuta donauit & post eum caridemus ea
 de causa coronati fuerunt . post hos iste neoptolemus
 cum multis rebus gerendis profuisset : pro us que do
 nauit honore potitus est : et enim absurdum esset at
 q; impium si homini magistratum aliquem gerenti :
 aut donare per magistratum non licebit : aut pro gra
 tia obliberalitatem habenda ad rationem donatorum
 reddendam compellatur : & ut hec que dixi uera ee
 intelligatis . recita mihi decreta de us rebus facta . DE
 C R E T A . Horum quisq; eschines magistratus queq;
 gessit rationem reddere tenebatur : eoz uero ob quo
 rum gratiam coronatus fuit : non tenebatur : nec ego
 igitur eodem modo : idem ius in me quod inceteris
 est : donauit : laudor ea de causa : nec teneor eorum
 q; donauit rationem reddere : magistratum gessi : hu
 ius gestionis rationem reddidi non eoz que donauit .
 A t male gessisti . Quare igitur cum publice examen de
 me factum est : tu presens non accusasti . Ut igitur i
 telligatis hoc mihi testimonium ferre ex quibus reb;
 rationem reddere non teneor : me nunc coronari : ea
 pe decretum hoc pro me scriptum et totum recita : que
 enim accusare omisit : in us illa que persequitur falso
 criminatus apparebit . Recita D E C R E T U M Ergo
 de us que ipse donauit nihil persequeris que uo mihi

a senatu eorum gratia decreta sunt persequeris accipere
quidem liberalitatem. Legitimum statuis. gratiam uero
pro acceptis referre contra legem putas. homo perditus
& impius. & malignus obreptator. cuiusmodi esset pro
deos immortales. non huiusmodi. de preconio autem
in theatro faciendo nulle in illos fuisse concessum preter
mido. & plures ipsum corona prius donatum. Sed per
deos eschines usque adeo rudis et insensatus es. ut non
intelligas eundem honorem coronam afferre ubique
publicetur. sed gratia eorum qui coronant in theatro fi
eri. ut si scilicet qui preconium audiunt aduirtutem
incendantur. ubi qui gratias referunt. plus laudant
quam ipsi coronati. Ea de causa haec lex facta est. quam ca
